audit ab omnibus: Pater est qui cæcidit ac dominus, habetq;  
potestatem in te quid vult faciendi, & oportet omnia placi-  
dē ferre. Ergo famuli quidem ferunt dominos, filii parentes  
frequenter & præter æquum punientes: Tu vero non sustines  
D F V M te corripientem, qui plus habet in te iuris, vt pote  
verē dominus, qui plus te diligit q; pater, quique nihil per ira-  
cundiam, sed omnia facit in tuam voluntatem: sed si leuis ali-  
quis morbus acciderit, illico resiliens ab illius dominio, ad dé-  
mones accurrit, & ad synagogas confugis. Et quam tandem  
post hac veniam consequeris?

Febricitas

Quemadmodum enim postquam receperis incatationē  
fanusque factus fueris, miserius affectus es ijs qui febri labo-  
rant, dum tecum reputas peccati magnitudinem, sicut tamen  
quoque etiamsi febriciteris innumerāque patiaris mala, re-  
pulsis ijs illis, quo quis fano melius eris affectus animo, ge-  
stiente præ gaudio conscientia, ac laudante te probanteq; &  
dicente. Euge euge, heus homo c H R I S T I seruus fidelis vir  
athleta pietatis , qui malueris molestijs immori, q; desere-  
re tuam pietatem, proximo secundum martyres loco stabis  
in illo dic.

Quemadmodū enim illi præoptarunt cædi flagris tor-  
querique, vt ad honorem peruenirent: Ita tu quoque hodie  
præoptasti flagellari , torquerique à febris vulneribus,  
qua, ne abiiceres pietatem, non incantamenti, non appli-  
caturis ac speciebus istiusmodi nutritus, neque sensu prena-  
tiū dolorum.

Medici.

Annon vides medicos hoc ipsum facere? Non cogit ex-

## SIMILIA.

8

grotos lecto decumbentes ad ipsorum aedes deferri, sed ipsi  
accurrunt ad eos: Hoc & tu facio dilecte: sciens hanc præ-  
sentera vitam esse breuem, quodque nisi hæc lucra paraue-  
rimus, nullam illic sumus habituri salutem.

### C I D E M A D V E R S Y S G E N T I L E S E T I N

Babylam martyrem.

Enim uero si vt adamantina & incorruptibilia nobis cor-  
pora essent, neque scorpions, neque serpentes, ne que ignem  
manibus formidaremus, complecti: Ita cum animas nostras  
tali fide C H R I S T U S armavit, non est quod timeamus eti-  
am hostium tenentes venena. Nobis enim cœcessum est am-  
bulare super serpentes & scorpions, & omnem dyabolityrā-  
nidem, multo magis & super teredines, ac scarabeos . Tam  
procul est ne qua parte nos offendant insidiae diabolicae, &  
ita se habent res nostræ.

Nihilominus error geatilis superstitionis, quamvis à nul-  
lo vaquum obturbaretur, & profunda quiete frueretur, à se-  
ipso extinctus est, & in semetipso in diuersa corruit. Non se-  
cus quā in corpora diuinae putredini obnoxia, quæ licet à  
nullo offendantur, per se tamen sponte dissoluuntur, paula-  
timque abolentur.

Nondum scintilla fidei recte accensa erat, & fluuij ac a- Scintilla &  
byssi undeque irruerant. Non ignoratis vtq; quantò fa dei.  
cilius sit plantam nuper terræ impositam euellere, quā arbo-  
rem plurimis annis bene radicata.

Mea enim sententia opus est, vt quisquis alios vult re-  
prehendere, animam suam ab omni temeritate & arrogan-  
tia, quam maxime liberam faciat, vt viam suam soli, verbis  
& operibus declaret. Nam & medici ossa putrida & accen-  
sa secturi, non ira se replent quando curatum cunt, sed tune  
maxime tranquillitatem animi seruare student, ne forte ar-  
ti obicit turbatio. Q uod si curaturis corpus, tanta opus est  
animi sedatione, medicum animarum dic quid decet? quan-  
ta adeo prudentia expectanda? planè multo maior, atque  
adeo tanta, quantum videlicet declarauit beatus ille martyr.

Quippe anima quæ semel peccati gustauit, & neque  
dolore, neque poenitentia eius tangitur, negligentia sua fa-  
cit, vt semper morbi crescat accessio. Et quemadmodum in

## IO ANNIS CHRYSOST.

materiam recentem cadens scintilla, statim tactam accendit, neque subsistit, donec quod reliquum est pascatur, & quantum plura comprehendit, flamma, tanto maiores vires ad consumenda alia concipit, capiturque edacitate lignorum quem consumuntur, si quid reliquum, quod & ipsum consumendum, & iterum alia consumunt, semper fortius se armante incendio: Sic & natura peccati, ubi cogitationes animi invaserit, & nemo est qui malum extinguit, procedens vterius, peccatum semper sit, magisque ac magis indomita. Et ideo posteriora peccata ferme prioribus sunt grauiora. Accedit ad hac, quod anima posteriorib⁹ peccatis ad maiorem semper desipientiam & inconsiderantiam vergit, viribusque defititur. In hunc modum plurimi, quia priorem flamam non extinxerunt, in omne peccatorum genus incidere.

**Ferocies equi.** Sic peccatum, ut dixi, initio sumpto, nisi statim prohibeatur, tanto procurrit impetu, ut contineri nequeat, non secus quam ferocientes equi, qui freno ex ore eiecht, & a censore excuso, molesti primum sunt occurrentibus, dein nullo obstante, ab excelsa petra se praecipitant. Et idcirco animas, salutis nostrae inimicus, ita in hac potissimum insaniam agit, ut medicos repellant, quod destitutas a medicis grauioribus & pluribus malis diuexet. Ita enim & corpore ægrotantes: quandiu ad se permittunt accedere medicos, aliquam adhuc spem sanitatis habent, Vbi autem phrenetici facti, illos extrudunt, & dentibus mordent, nolentes a morbis liberari: tunc tandem incurabiliter laborant, non quod ea sit natura morbi, sed quod ab his destituti sunt, qui a morbo liberare possunt.

**Infani.** Et fiebant omnia quasi contra CHRISTIANOS, verbis tamen risus, non in eos qui patiebantur, sed in eos qui intentabant. Sicut enim infani, propiores semper vlcisci videntur, parientes impetendo, & varia in præsentes mala dicendo, & non illos, sed scipios confundunt: Ita & tunc fiebat. Ducebatur tumulus per totam viam & redibat. Martyr quasi athleta coronam furcens secundo, in ciuitatem suam in qua & olim coronatus erat.

**Latrones.** Sicut, cum a sp clunca princeps latronum ibidem vincitus educitur, & ablatis omnibus quæ latronis erant, relinquitur

## SIMILIA.

9

locus in ferarum latibulum, & coruorum refugium, ad quem quicunque venerit, & visa locorum dispositione, ex decurcionibus & ambagibus secum expendit illius latrocinia, & depingit speciem eius qui olim inhabitauit: Ita & hic res habet. Nam quisquis vel à longe videt columnas, vaditque & lumen transit, mox apud se cogitat Daemonis prædas quas abegit, fraudesque ac insidias, ac stupeficens tam ira, quam fortitudinem Dei, abit.

### CIDEM SERMONE IN IVVENTINVM ET MAXIMVM MARTYRES.

Temporis accessione opes quæ ad corpus spectant, facile intercunt, vestimenta absunt, domus destruntur, & aurum rubigine consumuntur: & in summa omnis sensibilis substantia natura, tempore tandem aboletur & intercidit: At non sacerdos habet in spiritualibus thesauris, de martyribus, inquam, qui semper in eodem manent vigore, semper in comedienti unitatis flore sunt, semper sua gloria fulgorem emitunt & radios.

Enimvero sicut plantæ rigatae magis crescunt: Ita & fides nostra oppugnata magis florit: & sedatio agitata, incrementum Plantæ, ta maiora sumit. Neque horti aquis irrigati ita germinant & fecundi sunt, ut Ecclesiæ, si martyrum irrigentur sanguine.

Ilos non indignum fuerit, & columnas, & scopulos, & turres, & candela bra, & tauros simul appellare. Nam ecclesiæ sicut columnæ sufficiunt, sicut turres muniant, & sicut scopuli omnes vndarum affluitus repulerant, multam interim ipsi servantes tranquillitatem, sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt, & sicut tauri anima, promptitudineque eadem, Tauri, suave Christi iugum traxere.

Etenim sicut milites vulnera, quæ in prælijs sibi inflicta regi monstrates fidenter loquuntur: Ita & illi manibus absenta capita gestantes, & in medium afferentes, quæque voluerint, apud regem celorum impetrare possunt.

### CIDEM HOMILIA IN PRISCILLAM ET AQVILAM.

Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio Ars natans multa diligenter discipulos gestant, post vnum autem & ali-di-

B

## JOANNIS CHRYSOST.

terum, & tertium diem, subtracta illis dextera precipiunt, vt seipsoſ iuueni, & non unquam illos parumper mergi finiunt, ita vt & multum salsuginis sorbeant: Ita & cum discipulis suis C H R I S T V S faciebat. Nam initio nihil eis pati finebat, vel paruum vel magnum, sed vbiique aderat mutuens & circumuallans eos, faciensque vt omnia vertim eis affluenter: cum vero tempus esset, vt virilitatem suam ipsi declararent, subtraxit aliquamdiu beneficium, praecipiens eis, vt etiam per seipsoſ multa perficerent.

**Pulli amia.** Q uemadmodum aues pullos suos fouentes, tamdiu in nido ſedent, donec illorum plumaſ intreſcant, quas dum increuſe viduunt, eos primū circa nidum volitare docent, dein ad minicuſ ſuo totos deſtituant. Ita faciebat & C H R I S T V S. In Palestiniā enim quaſi in nido nutricabat diſcipulos, & exiñ eos volare docuit prafens, & gaſtans tandem permifit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne ſibi pifis deſſent.

Et ſicut corpus neruorum debita habitudine carens, mul tas gignit ægritudines, & vitam facit non diuturnam: Ita ecclēſia non circundata forti, & vehementer urgente catena, plurima partitur bella, ira dei auget, & multarum tentationum eſt occatio.

## H I D E M H O M I L I A D E R E S Y R R E C T I O N E.

**Athleta.** Sicut athleta in theatro, & in fudore, & puluere & æſtu multo, & laboribus & erumniſ pugnandum eſt: Ita & iustum hic multa uſtūnere oportet, & ferre omnia viriliter, ſiquid præclaras illi accepturus eſt coronas.

**Athleta.** Enim uero in Olympicis certaminibus, athleta intra ſtadiuſ certat, magiſter autem ludi foris confidēs, ſermonibus afferat auxiliū, eatenusque dunataꝝ certamen iuuat, quatenus acclamationibꝫ, ſermonibusque valet: neque enim vila ei lege permittitur, manibꝫ illum adiuuare. At ſecus eſt habet in pietatis certaminibus: Idem enim eſt & athleta, & magiſter ludi, & idcirco nō extra caueam ſedet, ſed ingressuſ ad certamina ipſa, firmat compugiles dicens, Propter quod malis non ſuccubimus.

Nam ſicut hi qui in corporali certamine pugnant, ante coronam & brauam in meditatione & paleſtra ipſa, ma-

## SIMILIA.

10

gnam accipiunt mercedem, cō quōd corpora ſua firmiter & validiora exercitando faciunt: Ita & nos virutis certamen certantes, priuſquām aperiatur celum; priuſquām filius dei adiſt, priuſquām retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus, cō quōd anima sapientiæ fit amantior.

Similiter ſicut qui mare nauigant, & innumeras pro Mariſ in-cellulas tulerunt multasque hyemes perpeſſi ſunt, antequām commoda-merces referunt, non paruum ſuę peregrinationis lucrum perpeſſi- portant, cō quōd aliquantò fidentiores ſunt, ac peligriſ ſeu- tiam minus horrent: nanque intrepidè, & voluptate quadam tranſſinariſ peregrinations aggreduntur: Ita & qui in pre- ſenti vita, propter C H R I S T V M multas fert afflictiones, multeque grauiā partit, etiam anteaquam regni celorum magnam illam retributionem aſsequatur, magna hic potitur fiducia, animamque ſuam ita excelfam efficit, ut poſthac gra- uiā omnia, quaſi ē ſublimi derideat.

**Miles.** Sicut miles ſi gaſtarit arma ſe grauiā, non eſt terro- ri hoiſtibus, qui ſciunt armaturā grauitatem, pedum velocita- ti, & bellandi rati ob eſſe: Sin leuita acceperit, & tractabilitia, ſicut autiſ aliqua obuium ſe feret hoiſtibus; ſic & qui carnem ſuam non ebrictat, neque indulgentia, neque delicijs incrav- ſarit, ſed ieiunijs & precibus diuturnaque afflictionum ſuſti- nentia leuiorem & tenuorem efficerit: Sicut volucris aliqua ſuperne deuolans, ita valido impetu in phalanges demo- num irruit, & occurrentes virtutes facile inuadit, ſibi que ſubijcit.

**Agricola:** Etenim nonnūquiam agricola cum ſemelitem fecit, cum agrum colait, cum iam ſegetem increfceret vidit, ſpē tandem, & retributione laborum excidit: quia vel grandio, vel eructio, vel locuſta, vel alia quedam talia acciderunt, & poſt multos labores vacuis manibꝫ domum regreditur. Mercator quo- que poſt longam navigationem, afferens oneratam nauim, ſep̄e in iplo portus hoſtio, irruentibus ventis impingit in ſco- pulum, & vix nude corpore ſalvato egreditur: Erin ſumma, in ſecularibus negocijs omnibus, ſep̄e ſub finem eiuliodiſ calamitates eueniant: Carterūm non idem in tuis con- git certaminibus, ſed neceſſe omnino eſt, vt qui certa- turit, & pietatem ſeminauerit, multosque labores tu-

B ij

## IOANNIS CHRYSOST.

lerit finem ipsum assequatur. Neque aëris intemperie, neque ventorum tempestate, laborum mercedes subiiciuntur sicut Deus, sed repositae sunt illæ in cœlestibus & inde prædabilibus thesauris,

### Semina.

Etenim semina nisi prius moriantur, & putrescant & corruptantur, non parvum aristam. Sicut igitur qui videt ibi granum quod corruptitur, & dissoluatur, non dubitat de resurrectione, sed certissimam demonstrationem facit: Nam si ita maneret, & non corrupteretur, vel dissolueretur, certum quod nunquam resurget. Sic cogita & in corpore tuo: cum vides corruptionem, tunc potissimum de resurrectione philosophare: Nam mors nihil aliud est, quam plena corruptionis consumptio. Neque enim mors simpliciter corpus, sed corruptionem corporis absurum. Hoc etiam in metallorum materijs videtur esse: Rudem enim glebam in qua aurum, eius artis gnari, & in conflatiorum mittunt, circumponendo stannum & aliam materialiam, & aurum non proferunt, donec purum excoquatur. Iam si tantum potest ignis potentia, cur non & diuina?

### Arrabo.

Nam sicut in coniunctis qui acceperit arrabonem, fidem habet, & securus est de toto reliquo: Ita & tu cum acceperis arrabonem spiritus, dona inquam, noui iam dubitare debes de ceteris bonis tibi repositis.

## CHOMILLA DE PRO FECTIV E VANG.

### Nauis.

Sicut nauis quæ multis fluctus transfit, multasq; tempora effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impingit, iacturam totius in se reconditi thesauri facit. Ita & Pharisæus ille, postquam sustinuit labores ieiunij, aliasque virtutes omnes quæ linguanon coercuit, arrogatia sua in ipso portu naufragium fecit.

### Prædo.

Quemadmodum prædo aliquis, dominum cunctis dormientibus ingressus, ut auferat omnia, si quem viderit accendere cadelam, illum mox interimit, & lumen extinguit, ut auferre & rapere alia absque metu possit: Ita & Nero tunctationem & furem quandam agens, dormientibus omnibus, profundos somno grauatis, omnium bona diripiens, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullumque malitia genus intermittebat.

## SIMILIA.

II

Sicut rex manus super thronum suum condescendens, & in regalibus aulis confidens, plurimas unde quaque literas accipit: Ita & ille in carcere, quasi in regalibus palatijs sedes, multo plures & accepit & misit, unde quaque gentibus ad eius sa pientiam configentibus, & ad eum referentibus de omnibus quæ apud se habebant.

Anima enim quando diutino amore & desiderio verè corripitur, ad nihil huius vitæ se conuerit, sed sicut mente mortali contemnit ignem & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: Ita pīj furore quodā, maxime spirituali ac honestissimo insaniunt, deridentes omnia quæ vident.

In tranquillitate es, ora Deum, ut ipsa tibi tranquillitas stabilis maneat: Tempestatem vides grauem, ora Deum ut auerterat ipsam, & ex ipsa tranquillitatem faciat: Exauditus es, gratias age, quod exaudit⁹ es: Non exaudit⁹ es, perserera, ut exaudiaris. Et si differt aliquando dominus, non id odio facit, neque te auerterat: sed differendo, diutius te secum surare vult: Sicut & patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se detineant, quos desideres videt dedita opera, morantur aliquid daturi.

## CIDEM SERMONE DE CONVER- SIONE PAVLI.

Quid lucidius sole, attamen & lux eius deficit? Et profectus sol. Etō sicut fulgidam illam lucem, & fulgrosum iubar, se penitus peruenientes tenebræ obtengunt: Ita & intellectum nostrum, quasi in meridie fulgentem, & præcipuum, inconfidantia obrepens tenebrosum reddit.

Nā, sicut in famulis ysi venire solet, quod obscuri fiant si quām primum fugam inierūt, sua nomina mutarint: Ita & in Paulo contingit, si mox ut reliquias Iudeis ad nos venit, aliud nomen sortitus fuisse: nemo enim sciunt et quod perlegerint est ille Euangelista.

Enimvero radicum tunc maxime admiramur, quando febricem cum infestior, & flamma morbi cum vehementior est extingue, & penitus abolere potest: Id quod & in Paulo contingit. Vox enim domini quasi ros quidam descendit super descendens, à morbo in ipso feruore flamme liberavit.

Etenim qui excindere vult arborem, ramis reliquis ra-

B ij

## IO ANNIS CHRYSOST.

dice ipsam execat: Ita sanè & hic adortus est discipulos, radicem prædicationis volens eximere.

### ¶ IDEM SERMONE DE HABENDA CVRA PROXIMORVM.

Sicut is qui absq; compassione vulnera fratrum spectat, nullum inueniet qui se dignetur venia, si quando & ipse peccauerit: Ita qui cum misericordia lapsum proximi iustificari, si quando & ipse supplantabitur, multos videbit manum prorecturos.

Nam si semper argueremus, impudentiores illi sacerdoti: si Non sim- semper obsecraremus, ignaviiores redderetur. Q[uod] propter plex medi & medici non solum secant, sed & vulnera obligant, neque corum cu- semper amara, sed nonnunquam & lenia pharmaca infundunt, vt per priora purifcentur sanies & putredo: per post- riora autem mitigetur dolor.

Plerumque enim nobis dormientibus & negligentibus impunit, & idcirco præoccupatus ille magis dignus est vt cō donetur ei, quoniam à tentatore captus est. Non enim erat ei manifesta pugna, neq; conductus dics belli, sed per ignoran- sedulitas. tiam deceptus & superatus est: Sic nautæ quoque faciunt, cum per magnum & spaciösum mare navigant, licet nauis secundo vento feratur, licet omni fruantur securitate: cū tamen vi- derint alios vel à longe naufragium facere, non ad propriam spectantes vtilitatem illorum contemnunt calamitatem: sed fistulis nauem, & ejusunt anchoram, detrahunt vela, ejusunt funes, proiecunt tabulas, ut ille qui à fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto emerget.

Rota. Sicut videlicet nequit in rota, quæ continet v[er]satur, aliqua pars eius, eo quod crebra circumferentia semper summa fuit ima, & imasumma: Ita & nostrarum rerum impetus, dū con- tinuo vertuntur, summa facit infima, vt videlicet in diutinis potentiss & alijs.

### ¶ IDEM SERMONE DE HUMILITATE, ET IN OZIAM.

Equestris Annon vides, quid in equestri certamine faciant aur- certaminis gæ, quomodo prætercurso totius theatri populo contendant autigæ. eo loci ad interfariorum currus subuertere, vbi regem viderint sedentem, & vnitum oculū tot faciebus digniorem existimat

## SIMILIA.

12

At tu angelorum regū, agnothetam ipsum in cursu tuo vi- dens, ipso relicto, conseruorū aspectibus te offert, & propter illos, post tam multa certamina incoronatus abscedis, post multos sudores absq; brauio ab agonotheta ipso vadis.

Nam sicut schœnobate, qui in funibus sursum deorsumq; Schœno- extensis ascendere & descendere solent, si partur respexerint, batæ præcipites in orchestram decidunt, & perirent: Ita & in hac Orchestra via ambulantes, si parumper fuerint desides, in præcep[er]s fe- runt. Via enim haec & angustior, & directior, nec non & periculosior, quam funis ille, imò & multò sublimior est.

### ¶ IDEM IX. SERMONE DE OZIA.

Sicut nauclerus in portu naufragium faciens, neutiquam Nauclerus assequitur veniam: Ita vir post nuptialē portum, aliena cō- in portu iugia inuadens, vel mulierem alterius curiosius spectans, pul- impinges. lam habebit defensionem, tam apud D[omi]num, quam apud ho- Math. 5, d mines, etiamq; sexcentes naturæ voluptatem praetexat.

Sicut enim oculus captus, ab omnibus offendit potest faci- Oculis ca- le: Ita & superbis quoque dominum inesciens (principium p[ro]pt[er] enim superbis est nescire d[omi]num) etiam ab hominibus fa- cile capi potest, vt pote lumine summo orbatus.

Enimvero & diabolus tunc infestat vehementius: & sicut Piratae pirate navigantes in mari, non tunc insidiantur, cum ē por- tu vident egredientes. Nam quid prodebet inuadere naucum vacuum, sed tunc omnes artes mouent, cum onus[er]a redunt. Ita & malignus ille daemon, cum nos vident multa conuexis- se: nempe ieiunium, preces, elemosinas, continentia, alijsq; virtutes omnes, effeq; nauim nostram gemmis pietatis ple- nam, tunc vnde quaque se se obicit, vt thesauro rapiat, & in ipso portus ingressu vincat & spoliat.

### ¶ IDEM DE LAZARO CON- CIONE PRIMA.

Quod si post nostram etiam admonitionem in iisdē vi- tis perseuerarint, nec sic quidem nos desistemus apud vos quod rectum est consulere, quandoquidem & aquarū venæ, Aquarum etiamq; nullus veniat aquatum, manat tamen: & fontes quā- venæ. uis hauriat nemo, tamen scaberas emittunt, & annes etiam. Fontes. Nemo bibat, nihilō fecius fluunt: Sic oportet & illum qui Amnes.

B iiiij

## IO ANNIS' CHRYSOST.

concionatur, quamvis nullus auscultet, tamen praestare quicquid in ipso situm est.

Qui hodie quod audiuit repulit, cras fortassis audiet et recipiet. Tum qui hodierno craftinóque die cōtempsit, fortassis post dies complures præbebit animum ijs que dicentur. Quandoquidem & illud crebro fit, ut piscator, qui per totum diem vacuum attraxit rete, sub noctem iam abre parans, capto qui ipsum per totum se fellerat diem, pisces, discedit.

Ocius.

Quod si ideo viciuri sumus in oceano, & ab omnibus actionibus videtur abstinetum, eò quod semper euenerit, ut alibi frustremur optatis, vniuersa nobis perierit vita: nec spiritualia modo, verum etiam illa que ad vitæ præsentis usum pertinent, simul interierint omnia. Etenim si agricola protinus ab agricolatione resiliat, quod semel atq; iterum aut saepius acciderit aeris inæqualitas, breui fame periremus omnes. Item si nauclerus ob semel atq; iterum aut sapientia obortata tempestatem fugiat mare, futurum est, ut nemo vehatur pelago, atq; hinc rursum peribunt nobis omnia vita cōmoda.

Ruricola.

Quod si per singulas artes percurrens, ista quæ nos facere vis, suadæs monæsq; cuncta funditus interibunt, terræq; carebit ædificijs ac domicilijs. Itaque quum haec omnia sciant, etiam si semel atq; iterum aut sapientia frustrati fuerint optato negotiorum, in quibus versantur, exitu, denuo pari cum alacritate redeunt ad eadem. Nam & ruricola, ubi semel atque iterum ac sapientia aruo commisit, nec votus respondet prouentus, rursum eandem exercet segtem, neque raro fit, ut totius temporis iacturam uno sarciat anno. Sic & negotiator.

Negociator.

Quanquam crebro fecit naufragium, non tamen abstinet a portu, sed & postea nauium detraxit, & nautas conduxit, & pecunij mutuo datis eadem aggreditur negotia, id que, quum nihil magis nunc sciat quomodo cessum sit, quām scierat ante. Denique quicunque solent aggredi rem quamcumque, ita facere conlueuerunt, quemadmodum faciunt agricultor ac negotiator. Et post hæc quum illi tātam adhibeant curam studiūque circa res ad præsentis usum vitæ pertinentes, quarum exitus sit incertus: nos si loquentes non auditæ fuerimus, illico desinemus? Et quam obtinebi-

Piscator.

qui hodie quod audiuit repulit, cras fortassis audiet et recipiet. Tum qui hodierno craftinóque die cōtempsit, fortassis post dies complures præbebit animum ijs que dicentur. Quandoquidem & illud crebro fit, ut piscator, qui per totum diem vacuum attraxit rete, sub noctem iam abre parans, capto qui ipsum per totum se fellerat diem, pisces, discedit.

Agricola.

Quod si ideo viciuri sumus in oceano, & ab omnibus actionibus videtur abstinetum, eò quod semper euenerit, ut alibi frustremur optatis, vniuersa nobis perierit vita: nec spiritualia modo, verum etiam illa que ad vitæ præsentis usum pertinent, simul interierint omnia. Etenim si agricola protinus ab agricolatione resiliat, quod semel atq; iterum aut saepius acciderit aeris inæqualitas, breui fame periremus omnes. Item si nauclerus ob semel atq; iterum aut sapientia obortata tempestatem fugiat mare, futurum est, ut nemo vehatur pelago, atq; hinc rursum peribunt nobis omnia vita cōmoda.

Ruricola.

Quod si per singulas artes percurrens, ista quæ nos facere vis, suadæs monæsq; cuncta funditus interibunt, terræq; carebit ædificijs ac domicilijs. Itaque quum haec omnia sciant, etiam si semel atq; iterum aut sapientia frustrati fuerint optato negotiorum, in quibus versantur, exitu, denuo pari cum alacritate redeunt ad eadem. Nam & ruricola, ubi semel atque iterum ac sapientia aruo commisit, nec votus respondet prouentus, rursum eandem exercet segtem, neque raro fit, ut totius temporis iacturam uno sarciat anno. Sic & negotiator.

Negociator.

Quanquam crebro fecit naufragium, non tamen abstinet a portu, sed & postea nauium detraxit, & nautas conduxit, & pecunij mutuo datis eadem aggreditur negotia, id que, quum nihil magis nunc sciat quomodo cessum sit, quām scierat ante. Denique quicunque solent aggredi rem quamcumque, ita facere conlueuerunt, quemadmodum faciunt agricultor ac negotiator. Et post hæc quum illi tātam adhibeant curam studiūque circa res ad præsentis usum vitæ pertinentes, quarum exitus sit incertus: nos si loquentes non auditæ fuerimus, illico desinemus? Et quam obtinebi-

## SIMILIA.

13

mus veniam? Quid excusationis adferemus? Ettamen illis, si non successit crit, nullus est, qui damnum acceptum leniat. Velut si mare nautum fluctibus obruerit, nemo medebitur inopie naufragi. Si vis hymbrum effusa in aruum prefocari temetem, cogit agricola vacuis manibus redire domum. Nostra vero, quum loquimur aut exhortamur, non est eadem conditio.

Imo si semen per te iactum auditor non receperit, nec obē. Semen, dientis fructum retulerit, tu tamen cōmunicati consilij mercedem fers a Deo, nec minus accipies præmij non auditus, quam accepturus eras, si ille obtemperas. Quod erat in te, præstisti. Carterum ad id ut persuadeamus auditoribus, non sumus obstricti, sed tatum ut admoncamus. Nostræ quidem partes sunt admonere, illorum vero obtemp erare.

Et quemadmodum, si nos admonendi officio functi non fuerimus, etiam si deccim milia beneficiorū prodierint, ipsis Admoni-solis repositum est præmium, ad nos nihil redibit lucri, quā-tio. de quidem non dedimus consilium: Ita si nobis admonenti-bus illi non auscultarunt, ad ipsos solos redibit omnis vltio, nobis autem nihil imputabitur, quin potius copiosa merces nobis veniet a Deo.

An non vides parentes, quomodo filii suis, licet frequē- Parentum ter desperatis, affidet lacrymātes, lamentātes, exosculātes, erga filios omnia que possunt admouētes, ad supremum vlgq; halitum. etiā despe Hoc tu quoque facio p fratribus. Et tamē illi non possunt la- ratos solici chrymis ac lamētis, neque morbi depellere, neque mortem tudo. imminentem abigere. Tu vero frequenter poteris animam deploratam, affiditate instatiāque per lamenta reuocare ac fuscitare: Dediti cōsilia, nec persuasisti, illachryma, pūge frequenter ac suspira pantulum, ut tua sollicitudo incutiat illi verecundiam, conuertes illum ad salutem.

Annon vides quod iumenta iugū ferentia, posteag ad pre- Iumenta. sepe pasta sunt, haec agit, onera gestant, suāmq; explēt mini steriū. Tu vero qui sublata mēta, ad omne opus inutilis es & inidoneus, num vitare poteris, quod min⁹ videaris asinus dete- rior? Quam ob rem? Quia tum maximē cōuenit esse sobrium ac vigilantem. Nam tempus post mēsam, agendi gratia tem- pus est. Nō decet autem agērem gratias ebrium esse, sed so-

## IOANNIS CHRYSOST.

brium ac vigilantem. A mēsa non ad lectum, sed ad depreca  
tionem vertamur, ne ē ruti aniinabut simus magis bruti-

**Latrocinijs princeps.** Age si quem vidisset Latrocinijs principē grassantem per  
vias præterq̄ntibus insidiātem, ea quæ sunt in agri rapien-  
tem, in speluncas ac foueas subterraneas aurum & argentum  
defodiēt, ac illis multa recludenter armenta, vestes ac  
mancipia multa ex incurſionib⁹ illis possidentē, age dic mi-  
hi, num illum beatum dices propter diuitias illas, an po-  
tius miserum prædicares, propter supplicium illi venturū?  
Atqui nondum comprehensus est, neq; in manus iudicis tra-  
ditus, nec in carcerem coniectus, neque accusatorem habuit,  
neque in iudiciū vénit, sed delicijs indulget, inebriantur, mul-  
taque rerum fructus abundantia. Attamen non propter præ-  
fentia, quaēque videntur iudicamus illum beatum, sed, ppter  
futuru, quaēque imminēt, illum miserum prædicamus. Hoc  
item de diuitib⁹ & de auariis cogita. Latrones qui piam sunt,  
vias obſidentes, res præter euntium rapientes, velut in spelun-  
cis ac foueis subterraneis, aliorum facultates in suis cubiculis  
defodiēt. Ne igitur beatos dicamus illos propter præfen-  
tia, sed miseros propter futura, propter formidandum illud  
iudicium, propter ineuitabiles pœnas.

Nam isti quidē latrones frequenter ex hominum mani-  
bus clapsi sunt, nihil minus quū hoc sciamus, & nobis ipſis  
deprecamur, & hostibus imprecamur istorum vitam, vna cū  
excrabili rerum copia. Atqui sub Deo vero iudice, nō licet  
iustid dicere. Nullus erum illius effugiet sententiam, sed om-  
nes omnino qui fraudibus & rapinis viuunt, Dei vindictam  
ſibi accerint, illam immortalē finēque carentem, quem-  
admodum diues ille.

**Carnificina cōſcien-  
tiæ ſibi ma-  
le conſic̄.** Nec enim mihi dixeris illum mēsa sumptuosa frui, veſti-  
bus circundari ſericiis, mancipiorum greges circumferre, a-  
lios submouere in foro, sed explicat mihi iſtius cōſcientiam,  
& vidēbis intus grauen peccatorum tumultum, iugem me-  
tum, tempeſtatem, turbationem, videbis velut in curia men-  
tem ad thronum cōſcientiae conſendisse regalem, & tan-  
quam iudicem quempiam ſedētem, & cogitationes loco car-  
nificum adhibentem, in ecclio ſuſpendentem, lateraq; con-  
ſcientiae radentem yngulis, pro commiſſis vehemēter incla-

## SIMILIA.

14

mantem, quum nemo ſiat, niſi quod ſolus Deus hæc videre  
nouerit. Etenim qui cōmittit adulterium, etiam ſi milles fuerit diues, etiam ſi nullum habeat accusatorem, non definit tam inutis ſciptum accufatur: & voluptus quidem temporaria  
eft, dolor vero perpetuus, timor vindique ac tremor, ſuſpi-  
cio, & anxietas, angulos metuit, umbras ipſas formidat, ſuos  
ipſius famulos conſcios, inſcios, illam ipſam quam corrupit,  
& virum quem affect cōtumelia, obambulat amarum accu-  
ſatorem circumferens cōſcientiam, quum fit ſuo iudicio dā-  
natus, nec vel ad breue tempus poſſit respirare. Nam & in  
lecto, & in menſa, & in foro, & in domo, & interdiu, & no-  
ctu, & in ipſis frequenter ſomnijs hæc iniqüitatis ſimulachra  
vider, ipſiusque Cain vitam viuunt, gemens ac tremens ſu-  
per terram, quum nemo ſiat: intus tamen habet ignem im-  
plicitum: Idem patiuntur & qui rapinam exercent, & qui  
fraude lucrum faciunt. Hoc & ebriosi: in ſumma quoiquot  
in peccatis viuunt.

Cain.

## IDEA DE LAZARO CON- CIONE SECUNDA.

Perpetuus  
ſitius.

Quādmodum igitur cum qui perpetuū ſitit, nō dix-  
imus rete valere, etiam ſi copia rerum affluat, etiam ſi iux-  
ta fluvios a fontes accumbat. Quid enim prodest illa aqua-  
rum copia, quum affectio maneat inſedabilis? Itidem & in di-  
uitiis faciamus, eos quī perpetuū cōcupiſcūt, ſituntq; aliena, ne putemus vñquām eſſe ſecuros, nec vlla frui rerum co-  
pia. Etenim qui ſuam ipſius cōcupiſcentiam nō potest firme-  
re etiam ſi cunctorum opibus vallatus ſit, quomodo futu-  
rus eſt in vñquām in proſperitate? Eos verò qui quod habent  
ſuum, boni conſulunt, quiq; ſua forte contenti ſunt, nec alienas  
circuſpectant facultates, etiam ſi fuerint omniū egentifli  
mi, omnium opulentiflissimos duſcere oportet.

**Anadema**  
Et quemadmodum eum qui prius in cauea multa vul-  
nera accepit, ac fanguine conperfus eſt, poſt anadema capi-  
ti addito, hi qui ante caueam ſtant ſuceptum, multa cū lau-  
de domum deducunt, applaudentes, bene ominantes admira-  
entes: Sic & angeli Lazarū tum deducebant, illius verò ani-  
mam reprobabant metuenda quādā virtutes, fortassis ad hoc

missæ: neque enim sua sponte anima ad illam secedit vitam, propter quod hocne fieri quidem possit. Nam si ciuitatē ciuitate vertentes et emis deducitoribus, multo magis anima à carne diuulsa, & ad futurā transiēs vitam, opus habebit vię ducibus. Quapropter frequenter nunc emicat, nūc in p̄fun dū demergitur, metuitq̄ & horret quū est à corpore discessura. Nam cum semper nos stimulat peccatorū conscientia, tūm verō maxime illa hora, quin hinc sumus abducēdi ad illa tribunalia, metuendumq̄ iudiciū tum enim siue quis rapuit, siue fraudauit, siue contumelia affecit, siue cuiquam præter causam inimicus factus est, siue aliud quodcumq; facinus perpetrauit, inuersis illi peccatorum cimicūs renatur, & oculis exhibetur, mentemq; stimulat.

In carcere detenti.

Et quemadmodum qui tenentur in carcere, semper quidem deiecti merentesq; sunt, maximē tamē sub illū diē quo sunt educendi, & ad ipsas iudicis forces pertrahendi, & priusq; quā periclitātur, ac iudicis vocē intus audiunt, examinantur meū, nihiloque melius afficiunt quam mortui. Sic & anima, maximē quidem in ipso peccati tempore cruciatur & angitur, multo magis quam hinc aulsa abducenda est.

Receptor regius.

Quemadmodum enim receptor quispiā qui regias pecunias accepit, si neglexerit his quib⁹ iussis est distribuere, inq; proprias consumpsit delicias, poenas dat ac perditur. Ita sane & diuīs receptor est quispiā pecuniariū, que pauperibus distribui debet. Iraque quem in mādatās habeat, eas distribuere suis confersis egestibus, si quid amplius quā postuler necessitas in sc̄ipsum insumpsit, grauissimas illic daturus est poenas. Nō enim sunt ipsius quā possidet, sed cōseruorum illius.

Piscator.

Quemadmodum p̄scator iacto in mare reti, piēc quidem attrahit, attrahit autem frequenter & aurū & margaritas. Idem & hic reti captās homines, p̄scatus est tandem & angelos, quodē; mireris, etiam inscius. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit. Sc̄ētate hospitalitatem: per hanc enim quidam inscientes hospitio exceperunt angelos.

CIDFM DE LAZARO CON-  
cionetertia.

Age igitur & hodie denuo tractemus idē argumētū;

quandoquidem qui in metallis operantur, vbiq; viderint multas auri venas, illic fodunt acrias, nec prius absistunt, quā totum quod reperiūt poruit, exhaustūt. Redeamus igitur il luc, vbi s̄ r̄monē heri finiuimus, vt illinc cunctē instaureamus.

Auri venas

Nam & mater amans, quum infantem lactentem parat ad soholum cibā adducere, si simul multū meri infundat ori, nihil prodest infanti, refundente puerō quod datur, ac tuniculā qua pect⁹ tegitur irrigāte: Quod si sensim ac paulatim infundat, puer quod traditum est absq; molestia trāmittit, Proinde ne vobis idem quod traditum fuerit effluat, non feci vobis inflauinatus doctrinæ poculū, sed in dīes aliquot partiti sumus, passi vos interim hīce dīc⁹ interquiescere ab audiendī labore, quō simul & ea que de posuimus, sic infigātur animo vestrā charitatis, vt excidere nō possint, & ea que dicentur, sedatis ac veg etis manibus excipiatis,

An non vides fabros ararios, aurifices, fabros argenterios, denique eos qui quancunq; exercent artem, omnia artis instrumenta habere parata & integrā: quis compellat fabrimes, quis affligat inopia, omnia præstantes suffinēre portiū q̄ ut ex instrumentis artificij quippiā vendere velint, abhēt parata que hinc ali. Itaq; multis frequentē potius habuerūt ad vñtrā integrāq;. accipere, q̄vel minimum aliquid ex artis instrumentis oppignerare, idq; iure optimo. Norunt enim quod diuendit is ilis, ars ynversa ipfis sit inutilis, totumque quæstus fundamētū siablatum; illis autem mātentibus, fieri pōt ut contracutūs alienum progressu temporis aliquando dissoluant, iugiter ventes artificio. Quod si priusquam dissoluerint as alie num, alijs ea vendant, iam non est vnde possint solatium ali quod famis inopiaq; ex cogitare. Hoc sane animo nos quoquā prædictos esse oportet: quemadmodū enim illis artis instrumenta sunt, malleus, incus, forceps: sic & nobis artis instrumenta sunt apostolorum ac Proph̄tarū libri, omnisque scriptura diuinitus inspirata & utilis. Et quemadmodum illi per instrumenta quicquid faciendum suscepérint, perficiūt: Ita sane & nos per hos fabricamur, & animam nostram deprauatāq; corrigitus, & inueteratam renouamus. Atq; illi quidē haec tenus modō præstant suam artem, vt formā addat̄ rebus: neq; enim possunt materiam vasorum transmutare, neq;

**ex** argento aurum reddere, sed harum rerum figuram compo-  
nunt duntaxat. Tu vero non ita, sed amplius quiddam potes.  
Nam ligna vas acceptum, poteris aliquando reddere aureum,

**Regia ar-  
ma.**

Quemadmodum enim arma regalia reposita etiam si  
nemo fuerit qui possidet, tamen ijs qui habitant in eisdibus  
multam prebent custodiam ac tutam, dñi neque latrones,  
neq; parictum perfores, neque alius quispiam scelerato-  
rum audet eam aggredi domum: Sic ubique fuerint libri  
spirituales, illinc omnis expellitur vis diabolica, multaque ha-  
bitantibus accedit consolacio. Quandoquidem ipse etiam per  
se librorum aspectus segnores nos reddit ad peccandum.

**Hydrops.**  
**Vitium spile**  
**nis.**

**Tabum.**

Veluti si que videris hydropi, aut virio splenis obnoxii,  
aut tabo quoquā marcescentē, temulentie ac delitijs indulge-  
re, reddere morbi aciorem, adeo nō miraris, aut beatū iudi-  
cas eum ob delicias, ut ob hoc ipsum etiam maximus misericordia  
existimes: Similiter & de anima cogitavo, vbi videris homi-  
nem peruersum viuentem, multaque fruenter prosperitate, neq;  
triste quicquā patientem, ob hoc ipsum magis deplora, quod  
quoniam morbo grauissimoq; tabo sit obnoxius, tamen deteri-  
or sit, morbum delitijs vitat, dissoluta exasperans.

**Canis assi-  
stēs mēsis.**

Quemadmodum canis abstes mensa, si viderit homi-  
nem veientem subinde aliquid corū que in mensa sunt ipsi  
projiciens, manet assidue: quod si semel atque iterū sic asti-  
tit, ut discernerit nihil adeptus, protinus abstinet, veluti qui  
iam frustra & incassum afflatis: Itidem & diabolus usq; nobis  
inhiat, si quod blasphemum verbum ipsi seu cani proiec-  
amus, hoc accepto rursus aggreditur. Quod si per se uerae  
ris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriterq; abe-  
gēris, & aufugere coegeris.

Quid igitur? ut ego, inquis, si am melior, ille punitur? Nō  
propter hoc, sed propter suū ipsius peccatum punitur. Cate-  
rū attentis ex abundanti fit occasio salutis, dum metu ex his  
que alij acciderunt concepto, redduntur probiores. Itidem  
& domini faciunt, vno saep; famulo flagellato multos metu  
reddunt emendatores.

**Agricola.**

**CIDE M DE LAZARO CONCIONE.** 4.  
Quādoquidem & agricola, posteaq; totius vinearum  
Vindemia decimam peregit, nō prius defessit, quam singulos etiam mi-

nutos acinos decerpserit. Quum igitur nunc quoque videā  
sub literis, velut sub folijs latere sensus occultus, age & hos  
rursus diligenter amputemus, profalce sermone vtentes. Si  
quidē vinea post fructus semel à vindemiatore defectos, istat  
nuda fructu, nihil habens præter folia: verū spiritualis di-  
uinarum scripturarum vinea non item, sed quanvis quicquid  
videbatur sustulerimus, tamen adhuc amplius superest tollē-  
dum. Itaque complures ante nos differuerunt in hanc para-  
bolam, complures fortassis & post nos differunt, nemo  
tamen poterit totas opes eruere. Nam ea est huius opulen-  
tiæ natura, quod foderis altius, hōc magis exundant diuinis sen-  
sus. Fons enim est nunquam deficitus.

Etenim si quum magistratus in medio foro reum addu-  
cit, carnifices adhibet, actormentis examinat accusatū, om-  
nes magno studio cōcurrunt, cupientes audire quid interro-  
get iudex, quid reus respondeat. Multò magis hic diligenter  
auscultandum est, quid reus, nimirum hic diuīs, postulet,  
quid contrā iustus iudex respondeat per Abraham. Non e-  
nim Patriarcha erat qui iudicabat, quanquam is pronuncia-  
bat. Verū quēadmodū in mundanis iustis iudicijs, quoties fue-  
rint aliqui rei, putū latrones aut homicida, his leges procul Mundana  
à conspectu iudicis occurrentes, non permittunt ut audiant iudicia.  
vocem iudicantis, qui præter alia hoc quoque honore iudi-  
car illos indignos, sed mediis quispiam interpres, & iudicis  
interrogatioes, & rei respōsiones perfert. Hoc lani paclō &  
tunc factum est. Non Deum pronunciantem, non Deum ip-  
sum loquentē audiuit reus, sed medius erat Abraham, qui iu-  
dicis vocem ei qui iudicabat retulit.

Quemadmodum enim conspicentes in pariete pictū Diues ac  
diutem ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperē de-  
spicimus, eo quod quae viderimus, vmbra rerum est, non veri-  
tas. Sic & diuitiarum, & paupertatis, glorie & ignominiae, a-  
liarumque rerum omnium sive tristium, sive letarum, natu-  
ram, si pernoterimus, liberabitur a perturbatione, quae ex  
harum vinaquaque in nobis gigni solet. Haec enim omnia  
quauis vmbra fallaciōra, neque quicquam habent sublime,  
neque præclarum, neque splēdita glorirosaq; attollere, neq;  
humilia contemptaque attollere poterunt.

Magistra-  
tus.

Diues ac  
pauper.

## IO ANNIS CHRYSOST.

Ad hæc quòd superuacanca querit q̄ desiderat, vt mortui illinc redcāt, præter hæc quæ dicta sunt, erit ab huius vi-  
tae curijs demonstrare licet, Gehenna nō videtur incredulis.  
Nam credib⁹ est perspicua manifstāq; Curiae videntur,  
quotidieq; audimus quod ille supplicio affectus est, illus  
proscripta bona; alius operatur in fodiinis, alius exustus est  
igni, alius alio peccate vindictaē; genere perire, & tamē hæc  
quum audiunt mali ac facinorosi maleficique, non emenda-  
tur. Multi frequenter in his deprehensi, posteaq; effuge-  
runt peccatum, perfoſſo carcere clapiſtū sunt, rursus eadem  
aggreduuntur, inlito his sceleratiora perpetrant. Ne igitur  
quaramus hæc aindire à mortuis, que multo clarius quotidie  
nos docent sacra scripturae.

**Q**uin & quum perpetratur peccatum, & priusq; per-  
petratur, & postq; perpetratur, acerbis nobis imminet accusa-  
tor, maxime vero poft eaq; perpetratum fuerit. Nā in per-  
trando scelere, quonia volupitate sumus ebrij, nō peride sen-  
timus, ceterū simulatq; cōmīsum est, cepitq; finem, tū de  
mum extincta volupitate amarus pœnitentia stimulit succe-  
dit, contra quām accidere solet mulieribus parturientibus.

**M**ulieres parturien-  
tes.  
**P**ater filiū  
increpās.  
**C**lēm oratione de B. Philogonio.

Nā illis ante partū labor est ingēs, grauisq; nixus, diffe-  
cantes eas doloribus, poft partū vero relaxatio dolore simul-  
cū infante egridente. Verū hic nō ita, sed dum parturimus  
cōcipimusque corruptos affectus, delētamur gaudemusq;  
ceterū vbi fuerimus enīxi malum illum puerum peccati-  
tum conspecta foeditate partus, discruciamur grauis quā  
mulieres parturientes:

Nam pater vbi semel, iterum, ac tertio, decisiū filium  
increpauerit, si viderit incorrigibilem permanere, desperans  
abdicit: expellit familiā, à cognatione refecat. At nō eodem  
modo conficietia, sed licet semel, licet iterū, licet mi-  
lies admonuerit, tūq; non obtēperes, monabit iterum, nec  
desistet vsque ad supremum halitum, siue domi, siue in bi-  
uijs, siue in mensa, siue in foro, siue in iūthore, frequenter &  
in somnis peccatorum nobis simulachra spectrāq; repellent.

Proinde quāvis nostræ facultates exiguae sint minimi-  
q; precij, attamen quæ possumus offririmus. Ea licet nō re-

Gehennæ.  
Curiae.

Mulieres  
parturien-  
tes.

Pater filiū  
increpās.

## SIMILIA.

17

spondeant magnitudini meritorum animæ præclari iustique  
Philogonij, tamen hoc ipsum celsitudinis illius maximū füe-  
rit argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem faciat q;  
solent diuites: Si quidē illi quā accepertint à tenuibus exigua,  
quibus non egent, sua vicissim apponunt, remunerantes eos, Diuites ac  
qui quod poterant obtulerint: Itidem & hic, quum accepert cipientes à  
a nobis laudē verbis peractā, qua nequaquam eget, redona- tenuib. exi  
bit nobis per opera sua laudationē, qua scmp̄r vti possimus. gua.

Quemadmodum enim aliquis ingressus vincat, vitesq;  
contemplatus pampinis comantes, fructu grauidas, mäcerijs  
ac septis vndique munitas, haudquaquam desiderat cuiusquam  
qui demonstret vñitoris industriam, & agricolæ virtutem: Vñitoris  
Itidem & hic, si quis ingressus conspicat vites spirituales, ve- industria.  
frustumque fructum cōtempletur, nihil opus habuerit, vt ex cu  
iñquam oratione discat qualis sit vñster propositus,

### ¶ IDEM HOMILIA I. SVPER ILLIS VERBIS ESAIAS: VIDI DOMINVM SEDENTEM.

Conficio vos multo studio admittentes, vt ad effectum  
perducatis quæ heri à nobis dicta sunt, eoque nunc haud gra-  
uitate semen doctrinæ iacimus, quod hinc bona spes alt anti-  
mum nostrum. Nam & agricola, quum non sine labore qui-  
dem semina deposituit, sed videt terram feracem segetemque Lucri ex-  
prouetu exuberantē, superiori labore obliuiscitur, atq; ad re peccatiōe  
liqū opere cōseruationemq; lucri expectatione excitatur. excitatur  
Verū hanc agricultori quanto feracior, quantoque lucrosor agricola.  
est: Nam illa quidē frugum sensibilium copiam adferens cor  
poribus reponit alimoniam. Hæc vero dum sermonum depo-  
nit doctrinam, spiritualiumque donorum abundantiam ad-  
fert, animi diuitias recondit: alimoniam quæ nec cōsumi, nec  
vitari potest, redditus qui neque percunt, neque corrumpun-  
tur, sed arcana quadam prouidentia conseruantur, quorū vñlus  
fructus mente percipiuntur.

Etenim de hoc vobis hodiernum sermonem mouere vo-  
lo, in speciem quidē moleſtū, carcerum leuen, utilemque ve-  
ritate. Sic enim & amantes liberorum patres faciunt, non so- Amantes li  
lum ea quæ ad breue tempus delestant, verū etiam quæ mo- berorū pa-  
leſtia adferūt, filijs adhibent, quæque non statim ostendunt tres.

C

## IO ANNIS CHRYSOST.

esse molesta, salutaria tamen sunt, si perficiantur, & haec multa cura docent, diligenterque flagitant ab eis ut conferueretur. Atque hunc sermonem in lögum producimus, ne präsentem laborē frustra insumamus, ne sustinentes vigilie necessitatē inutiliter in puerili certamine versemur, ne voces in aërem dissolue, ad detrimentum sonent potius quam ad lucrum.

Negocia-  
tor.

Neque enim negotiator è longis quo merces importans, vehementem ventorum incursum, vñdarūmque exorientium procellas sustinens, frustra & incassum suscipere eiusmodi labores, verū ideo maria plena sunt, & audax est aduersus pericula locaque locis committat, maria peragrat, totasque noſt̄es ducit in somnes, vt negotiatio ditescat. Q uod si nō contingat, sed cum lucro etiam fortis iacturam faciat, ne soluere quidem ancoram poterit, nec illavaria preferre discrimina. Hoc itaque scientes, cum decente circumspectione hic accedamus, ne pro peccatorum remissione, etiam accessionē pecatis adjunctam domum referamus:

Afflīstir aliquis terreno regi, omnibusque modis molitur, vt quā plurimam erga illum reuerteniam exhibeat, quō per hoc maiorem illius erga se cōciliēt benevolentia. Cuius gratia non solum specie capitatis, verum etiam ipsa voce, ipsa magnam compositione, ipsa pedum cōiunctione, totiusque corporis contractionē talera reuertenia conatur ostendere. Hoc & ab illis incorporalibus virtutibus fit. Q uum enim plurimam habeant erga conditorem reuerteniam, & hanc vnde quaque consentur præstare: deinde quoniam non assequuntur quod appetunt, quod deest affectui, hoc velo obtegunt.

Cum rege  
terrenocol  
loquens.

Atqui qui cum rege terreno colloquitur, de his tantū verba facit, de quibus ille voluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus. Q uod si quis austi iniijcere fecis quā ipse velit, extremo supplicio afficitur. Tu verò cum rege regum colloquens, cui cum horro seruiunt angeli, omisso cum illo sermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris. Nihil cīn aliud sunt huius viet negotia. Et quō sustinebis istius contēptus penam? Q uis autem te ab hac vindicta liberabit?

**I**DEM HOMILIA II. DE EO Q uod dixit Esaias, Factum est anno quo mortuus est Osias rex, Vidi dominum sedentem, &c.

## SIMILIA.

13

Q uemadmodum enim esurire corporis bonam valetur. Esuries: dinem declarat, sic & sermones appetere spirituales, animae sanitatem arguit. Gaudeo quidem igitur propter hoc, carerū vereor ne forte non possim adferre dignum isto vestro desiderio. Sic & mater am̄ns quotiens lactentem habet puerum Mater & non potest illi largiter præberet lactis fontem, att̄m̄n quā mansuetate quam lacte caret, mammam tamen dat. Ille verò acceptam tem habet trahit, fugitque, ore vexatam papillam cōfaciens, plus quam filium. erat elicit alimenti: mater verò doleret quidem dum ipsius di Singularis stenduntur v̄bra, nec tamē repellit puerum, mater enim est matrum er & omnia præceptat perpeti potius quam vt partum suum conga filios tristet. Itaque si matres erga foetus tanta charitate afficiuntur charitas. multo magis op̄ortet nos erga vestram charitatem similiter affectos esse. Nam spiritus nixus calidores vehementioresq; sunt, quam naturæ.

Nam si homines scelerati dum choræas agunt in foro, in profunda caligine, nō st̄eque int̄ep̄ta meretricias cātilenas mollesque canentes cantiones, totam ciuitatē nobis aperit, & ad se cōtūruntinos cœlestium populorū supernis choris regim̄n vniuersi celebratibus nō accuremus: nō andiemus diuinam illam ac beatam vocem? Et quē nobis dabitur venia? Attamē quum tantā habeat celeritatem, & oculorum aciem animi, non est ex se sufficiens ad intelligentiam rerum spiritualium, sed op̄ habet, qui ipsam manu porrecta dedit. Faciamus igitur quod in regum aulis facere solent, qui cupiunt eas videre. Q uid autem illi faciunt? Vbi queſciscit eum cui claves commissæ sunt, illum adeunt, alloquuntur, supplicant: frequenter & pecuniam numerant, vt ipsi gratificetur: Adeamus ergo & nos vnum eorum quibus cœlestes portæ commissæ sunt, appellemus, supplicantib⁹ pro pecunia promptam voluntatem,lynckerūque afficti exhibemus, Et si ille mercédē hāc accepit manu nostra apprehensa per omnia circūducet, nō ista sup̄ellectile regiā, sed ipsum regē in throno sedentē, affatibus exercitibus, exercitūq; ducibus, affatibus innumerabilis angelorū & arcangeli milib⁹, breuiter oīa diligēter nobis ostēdet quatenus nobis videre fas est.

Etenim si hi qui fodunt in terris metalla, ne minus Fodientes ma quidem frustra prætereunt, verum vbi nacti fuerint aliæ metalla.

C ii

## IOANNIS CHRYSOST.

Aurum.

Sicut triticū primum quidē trituratur, & quum trituratum fuerit, in uno loco iacet cū paleis confusum, postea autē ventilatur, vt quae fuerāt iam disiuncta corporibus, separantur & locis. Sic & populus in Ecclesia, aut motibus cōteritur carnaliū, anima ē semper virgentiū, aut castigationibus corporali bus quasi virgīs quibulda, aut concubationibus iniquorū & superborū, quasi calcibus irrationabilē iumentorū, vt disiungantur fideles ab infidelibus per diuersas cōtritionū species.

Nunquid tu potes, quum sit mens tua in agro, triticum à paleis separare? Et si tentaueris, nec paleas à tritico separas,

## IO ANNIS CHRYSOST.

& triticum similiter cum paleis perdis: Sic non poterat fieri, vt Deus de Iudeis, aut Gentibus iam electos sine tentatione discerneret, & vocaret.

Palma.  
Athleta.

Si palma posita nō sit in stadio, athletā nolentē luctari, culparē non potes quasi infirmū: Incertum ēst, vtrū idēo luctari nō velit, quia infirmus est, aut quia nō videt proposita palmā. Quod si palmā viderit, & luctarit noluerit, tūc ē manifestum, quia propter desidiam suā noluerit luctari: Sic & Gētilis qui i resurrectionis præmia nescit, nec futurum esse iudicium credit, nō potest cognosci, vtrū idēo nō faciat iustitiā quia non amat iustitiam, aut quia nullam mercedē speret de ea: Si vero factus fuerit Christianus, & cognoverit futurum esse iudicium, tunc peccans manifestum est idēo peccare, quia non amat, quod est bonum.

Triticum. Nunquid tu reprehenderis, quando à tritico paleas separas, & ita recondis: Nec enim ratio est, vt cum tritico repisas & paleas, quia nec sunt necessariae tibi ad vsum. Et quomodo Deum culpemus, qui à fidelibus separat infideles, qui non proficiunt ad gloriam eius?

Massa tri- Sicut quando permoidica aura est, non permundatur tota tritici massa, sed leuiores quædam paleae modica aura ia- tici. Etannur, grauiores autem remanent, similiter remanent & tici.

Paleæ vacua grana. Necesse est ergo, vt maior expectetur ven- tus, vt & grauiores paleæ, & vacua grana iactentur: Sic & quando modica est tentatio, illi projiciuntur de Ecclesia, qui multum sunt infideles. Ideo necessaria est tentatio maior, vt omnes infideles plenius expellatur, vt per purgetur Ecclesia.

**CHOMELIA** quarta, in caput quartum.  
Lucifer. Sicut quum præcesserit Lucifer, lux non expectat occa- sum Luciferi, vt ita procedat, sed adhuc eo ascidente egre- ditur, & suo lumine obscurat illius cadorē: Sic & Ioanne pre- dicante ante **CHRISTVM**, **CHRISTVS** non expecta- uit, vt cursum suum Ioannes impletet, & sic ipse veniret ad medium, sed eo adhuc docente apparuit, vt per compara- tionem doctrinæ suæ, vel operis prædicationem Ioannis, fa- ceret non videri iustitiam.

Dives. Quid diues a paupere diuitias querit? Magis autem pau- per à diuite diuitias querit? Omne bonum de celo descen-

dit in terram, non de terra ascendit in celum.

## SIMILIA.

31

Sicut dux contra tyrannum deputatus ad bellum, mox vt signum expeditiōis & profectionis acceperit, festinat exire, sciens, quia tarditas est perditio prouincia. Nā tyrannus sciens aduersus se principem deputatum, & si leuius acturus fuerat, crudelius agit: Sic & **CHRISTVS**, ex quo baptisma signum accipit, festinabat accipere spiritum sanctū, quasi arma cœlestia, & exire: sciens quia tarditas eius interitus erat mundi: Nam diabolus audito, quod filius **DEI** i defecde- rat in hunc mundum, aduersus ipsum vehementer festinabat omnium hominum corda in peccatis, & infidelitate concludere putans se tantum posse perdere, quantum non posset **CHRISTVS** saluare.

Si quererat homo ab imperatore aliquod beneficium dignificatis, & ipse non habet tantummodo fiduciā petendi, neque ambiens, amicitiā impetrandi, yadit ad fratre imperatoris, aut ad amicum charissimum, vt intercedat ad illum. Sic dicit illi imperator. Ecce ego hoc beneficium non illi do, sed tibi, hoc est, propter te illi do. Nam non illi donatur, cui datur, sed illi propter quē datur: Sic & hic dicit, Et aperte sunt, id est, propter **CHRISTI**. Coeli aperte sunt nobis cœli sunt aperti.

Sicut in celo celatur **DEVS**, sic in scripturis absconditur. Et sicut hoc cœlum corporale omnes homines vident, nō au- tem apicunt **DEVM** in habitantem in eo: Sic & scripturas diuinæ omnes quidem homines legunt, non tamen omnes intelligunt Deum veritatis positum in scripturis, nisi qui fuerit sic baptizatus, vt accipiat spiritum sanctum.

**CHOMELIA** V. in caput **III**.  
Quemadmodum si magister militum videat dominan- tem tyrannum, & det consilium regi, dicens: Ex obuiā illi, qui tota pereit prouincia: nam fortior est tua fama, quam mea virtus. Et ecce rex à magistro militum ducitur, & tamen non est minor eo qui ducit. Ita **CHRISTVS** ductus est à spiritu in desertum, &c.

Sicut aurum & argentum combustum in fornace sordi- bus colatur: Sic homo in fornace tentationis missus, deposi- tis peccatis sanctificatur.

Vt athleta ante certamen ynguitur, vt luctetur: Sic & ho-

## IOANNIS CHRYSOST.

mo spiritualiter ideo oleo chrysina iungitur, ut contra dia-  
bolum quasi spiritualis athleta luctetur.

Quemadmodum si latere aqua laues, nunquam mente-  
tur, sed potius commoto luto, amplius folidetur: Ita fieri  
non potest, ut depositis folidibus emundetur, qui totus est  
folidus.

**Malus.**

[**Bonus.**

**Stelle aspe-  
ctus.**

Sicut difficile aliquę suspicatur malum, qui ipse est bo-  
nus: Ita difficile aliquę suspicatur bonū, qui ipse est malus.

Si nauta vnam stellam aspicientes, non dicam ad unam  
quang; prouincia, vel insulara, sed ad unamquamq; ciuitatē,  
& ad singula loca quae petunt, sine aliquo errore, aut deuaga-  
tione dirigunt cursum: Quātō magis diabolus, qui princeps  
aēris constitutus, totam terram non solum sciebat, sed etiam  
videbat poterat Christo ergo singula loca dīgito demonstra-  
re, & uniuscuiusq; regni honores & statum verbis exponere;

## CHOMILIA VI. IN

### caput quartum.

**Bestia na-  
turaliter fero -  
ciens.**

Sicut bestia, quaquis sit naturaliter saeva, tamen si exci-  
tata, non fuerit, non se facile super hominē iactat: Si autē ho-  
mīne occido, vel aliqua bestia, sanguinis acceperit gustū, iam  
si viderit hominem, sine mora aliqua irruit super eum: Sic &  
Herodes, etiā prōposito erat iniquus, tamen postquam pro-  
pter correctionem adulterij est exasperatus, opus pessimum  
ausus est facere, & Ioannem recludere in carcere, scipio  
iniq; & audacior quid: in fuerat semetipsi factus, cum o-  
mnibus Iudeis in mortem Ioannis consentientibus.

**Agnitio  
dei & chri-  
sti.**

Sicut qui vivunt in agnitione Dei & C H R I S T I, quāuis  
agnitio ipsa sit vita, tamen donec sunt in seculo isto, nō sunt  
in vera vita, sed in vmbra vita, quoniam perfidem ambulant  
& non per speciem & per speculum in ænigmate vident, nō  
facie ad faciem: Sic qui in erroribus idolorum vivunt, licet  
ipse error sit mors, tamen nondum sunt in vera morte, sed in  
vmbra mortis, donec in isto seculo sunt.

Quemadmodum si in uno tempore lux cū lucifero ori-  
atur, gratiā lucifericelet: Ita si viuo Ioanne predicare cœ-  
vnā cū lu-  
cifero ori-  
ens.  
pificet C H R I S T U S, sine dubio vilē fecisset Ioannem &  
inuenta fuisset prædicatio eius superflua, quantum ad istius  
doctrinam.

## SIMILIA.

32

### CHOMILIA VII. in caput quartum.

Sicut artifex si viderit gemmas pretiosas, & non dolatas, Gén̄e pre-  
eligit illas, non quād sit, sed quād fieri possint: habens cū  
sc̄ptiam artis, bonum incōpositū nō contemnit: Sic & do-  
minus videns Apostolos, nō opera corū elegit, sed corda, nec  
quasi Apostolos elegit eos, sed quia Apostoli poterāt fieri

Sicut qui rectia iactat in aquam, nescit quos pīces com-  
prehensurū est, sed quos Deus illi transmisserit, illi intrant in  
retia. Sed & doct̄or quando diuini sermonis retia super popu-  
lum iactat, nescit qui sunt accessuri ad Deum, sed quoscunq;  
Deus excitat, illi adhaerent doctrinæ.

Sicut pīces fortiores semper deuorant infirmiores: Ita pīces  
diabolus cum delectatione compellit homines in mala ope-  
ra, ut alterutrum se comedant.

Quomodo inter cœlum & terram aēr mediūs constitu-  
tus separat creaturam vtrāq; vt ostendat quia inter cœlestia  
& terrena nulla potest esse commixtio: Ita nec inter spiritua-  
lia & carnalia, vlla esse communio potest.

Sicut in corporali ædificio lapis ad lapidē cemento me Corpora-  
diante constringit: Sic in ædificio Ecclesie Christianus ad le ædificiū  
Christianum mediante charitate connectitur.

### CHOMILIA VIII. in caput IIII.

Omnis rex pugnaturus contra aduersariū regem, prius Rex pu-  
tōegredit exercitum, & sic vadit ad pugnam: Sic & dominus gnaturus  
contra diabolum pugnaturus, prius congregauit Apostolos  
& sic coepit per totam Galilæam prædicare.

Rex quidem terrenus congregat exercitum, vt illorum Coaet ex  
laboribus ipse gloriam consequatur: C H R I S T U S vero cō eritus.  
gregauit Apostolos, non vt illorum laboribus ipse gloriam  
consequatur, sed vt suo labore ipsis victoriā p̄fester.

Quemadmodū paterfamilias studiosus, scit in domo sua, Paterfami-  
liā quid vnuſquisq; necessarium habet: Ita & sacerdos singulorū liās.  
mores & actus, & conuerterē debet discere: vt quale qui-  
busq; medicamentum necessariū fuerit, subministret, cui cō-  
solatio: consolationem, cui increpatio: increpationem.

Sicut infirmus, qui ipse venit ad medicum, ex parte iam Infirmus.  
Sanus est: Sic & ipse peccator, qui venit ad sacerdotem, &

## IOANNIS CHRYSOST.

dōctrinæ aut p̄cūtentia medicinam quārit, ex parte iam iustus est.

Sicut gladius carnes præcidit : Sic & sermo diuinus concupiscentias carnalēs.

Sicut medicina languenti corpori : Sic verbum Dei profect anima regrotanti.

Nouitius medicus ostētator.  
Sicut nouitius medicus intrans in ciuitatem, & volens ostētationem dare artificijs sui, omnes venientes ad se curat, & non tantum curat de mercede accipienda, quām de opinione sua commendanda: Q uum autem manifeste fuerit fama eius bona, tunc secundum laborem suum incipit exigere & mercedem: Sic & dominus incipiens prædicare, non secundum iudicium quosdam, sed omnes indifferenter sanabat. Postquam vero omnis Iudea cognovit, beneficia sanitatum digno pretio fidei venundabat.

### HOMILIA X. in caput quintum.

Artifex. Omnis artifex secundum professionem suam opportunitatem operis videns, gaudet. Carpentarius, si viderit arborēm bonam, concupiscit præscindere eam ad opus artificij sui: Agricola si viderit terram pingue, defuderat eam arare. Et quid dico de rationabilibus hominibus? ipse irrationalis equus de stabulo exiliens, si viderit campos patentes, rapit frenum, & excitatur ad cursum : Sic & dominus videns magnam congregationem populi, excitatus est ad docendum: Sic & omnis sacerdos, si viderit Ecclesiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur ut doceat.

Sicut zizaniae nunquam sunt minus in agro : Sic non sunt minus irritatores in mundo.

Sicut ignis de modica scintilla magnum conflar incendium: Ita & sermo malus de leui occasione magnam succedit inimicitiam.

Si miles periculum belli sustinet, dum sperat victoriæ prædam. Quantò magis vos opprobria mundi non debetis timere, qui regni ecclesiæ præmium expectatis?

Oculus. Sicut oculus, quantò mundior fuerit, tanto longius videt: Sic & anima, quantò mundior fuerit à solitudine mūdiali, tanto amplius Deo proximior est.

### HOMILIA X. in caput quintum.

## SIMILIA.

33

Sicut de turribus iacula contra omnes hostes iactantur: Turres Sic de Propheticis libris contra vanas gentilium fabulas, & contra infanas haereticorum disputationes, salutaria veritas proponunt exempla.

Sicut in modo si volueris reponere, necesse est, vt cadat deorsum ad inferiora eius, & tenebrosa: Sic homini carnali, & mundiali, & vacuo, si dixeris quod est Dei, non illud tenet in superiori parte mentis suæ, aut cordis, nec portat illud in ore, sed confessim cadet de mente eius, & condet deorsum in terrena, & tenebrosa, vt nec illi profit, nec alijs.

Vir sapiens verbū suū, quod dix erit, non relinquit vacua & quo verba diuina sine exitu vacua poterunt remanere?

### HOMILIA XI. in caput quintum.

Quicquid nō est lumen, tenebra est: Sic & quicquid bonum non est, malum est.

### HOMILIA XII. in v.

Qui facit consuetudinem frequenter manu sua percute-re, necesse est, vt aliquando & iniuste percutiat: Sic qui facit consuetudinem iurare in rebus idoneis, frequenter & in rebus superfluis etiam nolens, consuetudine trahente, periuratur.

Nūquid qui ignem portat, vnde conflatur incendiū, alie-nus est ab illo incendio? Aut qui gladium porrigit, vnde homicidium committitur, nonne est socius homicidiij illius? Sic & qui occasionem periurij praefat, collega fit periurij eius.

Quemadmodum si ignem cum igne coniungas, maior flamma succenditur? Ita iracundia per iracundiam non compescitur, sed amplius irritatur.

Sicut Ioseph dimisit pallium in manu meretricis, & fuit Iosephica git cum meliore pallio castitatis: Ita & tu proīce pallium in fratres manus calumnatoris, & fuge cum meliore velamento iustitiae, ne forte dum vis vendicare vestem corporis, pretiosissimum animæ vestimentum perdas.

Sic vīmus in fructuosa dat humorem vīti, vt vītis proīce, vīmus.

& pro vīmo proferat fructum: Ita tu res proficient ad pauperis sustentationem in hoc seculo, vt & illius sanctitas proficiat ad tuam sustentationem in illo.

Sicut qui ab aspide percutitur, quasi de cœlatus vadit in aspide iacet somnum, & sic per sua uitatem soporis moritur: Sic & qui ac-

E

## IOANNIS CHRYSOST.

cipit sub vſuris, pro tempore deleſatur, quaſi qui beneficium accipit, & ſic per ſuauitatem beneficij non ſentit, quomodo captiuus efficitur.

**Aſpidis ve-** Sicut venenum aſpidis latenter per omnia membra diſ-  
**nenum.** currit, & corrumpit: Sic vſura per totas facultates eius diſ-  
currit, & conuerterit eas in debitum.

**Fermentū.** Sicut fermentū modicū, quod mittitur in multā farinā, to-  
tam conſperſionē corrūpit, & trahit illā & facit illam totam  
fermentum: Sic quum vſura in domum alicuius intrauerit, to-  
tam ſubſtantiam eius ad ſe trahit, & conuerterit in debitum.

### THOMILIA XIII. in caput V.

**Corpora-** Quando quis corporalibus quidem motibus excitatur,  
**lis motus.** volutas autem illius non inclinatur, vt faciat opus, quod face-  
re iſtigatur, ſed ſtabili proposito continentia, & ratione iu-  
ſitiae irrationabiles motus corporis frangit: & ſi corpore con-  
cupiſcit, anima eius non concupiuit: ſi autem conſenſit ex-  
plere quod cogitat, tunc verē dicitur animo cōcupiſcere: Sie  
& caro inimicum ſuum diligere non potest, quemadmodum  
nec poſſibile, vt iniuriam non ſentiat ſibi illatam. Anima au-  
tem inimicum diligere potest, quia dilectio, vel odium car-  
nis in ſenſu eft, anima autem in intellectu.

Filiij carnalia ſimulantur carnalibus patribus in facie, aut  
Filij carna in loquela, aut in rifu, aut in aliquo corporis ſigno: Filij autē  
les. ſpirituales in ſanctitate.

Filiij quidem carnalia & ſi ſimiles fuerint patribus, laudem  
nullam merentur: & ſi diſſimiles, nullā vituperationem: quia  
non eft in potestate hominis, qualem accipiat corporis qua-  
litatem. Filiij autem Dci, quidem Deo ſimiles fuerint, lau-  
dandi ſunt: ſi autem diſſimiles, nimis vituperandi, quia in po-  
teſte vniuersiū ſque eft menſura faciendae iuſtitiae.

### THOMILIA XIV. in caput VI.

Sicut in loco mundo & ſpecioso, ſi modica ſordes fue-  
rit, de lögē appetet: ſi autem ipſe locus ſordidus fuerit, quan-  
tum uifcoſcoris iaceat ibi: non appetet: nec enim potest re-  
quiri ſi eft aliiquid ſtercoris, vbi totum eft ſtercus.

**Cādida &** Et quemadmodum in candida vefte macula citō appa-  
**nigra ve-** ret, nigra autem vſtis, & ſi tota ſordidata fuerit, non citō ap-  
paret: Sic & cordi mādo ſi ſurreptio inimici ſuccederit, mox

## SIMILIA.

34

cor ſuum rectus homo diſcernit, quia à ſpiritu alieno pulſa-  
tur: ſi autem cor fuerit iniquitatibus plenum, ſuggestionem  
diaboli in ſe facilē non intelligit.

Sicut incenſa lampas abſcondi non potest: Sic nec opus Incenſa lá-  
iufitiae potest celari.

Omnis homo, qui aliquid op⁹ facit, cuius cauſa facit id  
quod facit, in corde ſuo illius aſpiciſ & per ſonam. Ecce facis  
epiſtolam, vt aliquem ſalutes amicū, quandiu ſcribis, ſem-  
per in corde tuo vides illius per ſonam amici, propter quem  
ſcribis epiſtolam. Item artiſex tenens opus in manu, ſemper Artiſex.  
eum p̄ oculis ſuis habet, qui ei opus commiſit faciendo, dum cogitat quomodo illud facere mandauit: Sic & qui pro-  
pter Deum eleemosynam facit, neminem videt in corde ſuo,  
niſi per ſonam Dei tantummodo, propter quem facit.

Sicut vbiq; fuerit triticiū, neceſſe eft vt iuueniatur illuc & zī Trīcūrū  
zania: Sic vbiq; fuerit bonū dei, illuc erit & ſcādūlū inimici

Q uemadmodum mercenarii malus, qui intra tempus Mercena-  
locationis ſitæ comedit omnes mercedes, quium autem tem- riū.  
pore completo reſeffeſit, nudus egreditur: Sic & homo, qui  
propter homines facit bonum, vacuus vadit ad Deum.

Sicut thymama bene cōfēctum, delectat hominem odo- Thymia-  
rantem: Sic oratio iuſti ſuauis eft ante Deum. ma.

### THOMILIA XV. in caput VI.

Sicut nec terra fine ſemine, nec ſem en fine terra fructuſi - Terra. Sc-  
cat: Sic nec homo fine Deo, nec Deus fine homine iuſtitiam men.  
operatur in homine.

### THOMILIA XVI. in caput VII.

Sicut oleum accendit lumen lucernæ: Ita & bona opera Oſenū ki-  
excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ. cernæ.

Sicut nec miles fine armis eft aliiquid, nec arma fine mili- Miles.  
te: Sic nec oratio fine ieiunio, nec ieiunium fine oratione.

Q uemadmodum ſi quis homo in os ſuum aliiquid dulce a-  
dimitat cum amaro permixtum, dulcedo illa non dat ſuum maro dilu-  
ſoporem: Ita qui malā nō dimittit, & bona ſucipit, bonorum tum  
ſuorum gratiam perdit.

Sicut in conſpectu hominum gratiola faſta eft facies pul- Pulchra fa-  
chra: ſic in oculis Dei ſpeciosa eft conſientia munda. cies.

Sicut qui graues oculos habet ſi ponas eum in aliquo ob-

Ejj

## IOANNIS CHRYSOST.

**Graues oculos habens.** Euro, tenebroso que loco, melius videt: si autem ponas eum in sole, nihil videt, quia oculus eius non suffert solis candore: Sic hoc mundialis, qui oculum, id est, metem terrenis desiderijs sordidam habet, & turbulentam, si ponas eum in rebus mundanis, sapit & affutus est: si autem trahas eum ad res spirituales, tenebrescit, ac nihil sapit, quia mēs illius desiderijs corrupta terrenis, iustitiae bonum non sentit.

### HOMILIA XVII. in caput VII.

**Mēsura sua.** Sicut maior est superflua mensura, q̄ cōmota, & cōmota perflua, cō maior est, q̄ bona & iusta: Sic perfectior est ille, qui nec iudicata, bo- cat, q̄ ille qui iudicat & non condemnat: & ille qui iudicat, & na & iusta non condemnat, melior est illo, qui condemnat & dimittit.

Si medico opprobrium est, qui nec alterius habet sanitatem in manu: nec siam si velit alios curare, & ipse debilis sit, ratiocinium quasi testimoniū imperitū sua portat in corpore suo propriam passionem: Quomodo doctori sit opprobrium, alios velle eruere à peccato, & ipsum in maioribus esse peccatis, dum possit amplius seipsum eruere à peccatis, quam alios?

**Canibus & potcis margaritas.** Sicut si canibus dederis sanctum, aut porcis margaritas, nec sanctum canes sanctificat, nec margarite nutriunt porcos sed econtra canes coinquant sanctum, & porci margaritas sordidant, vel confringunt: Sic si hominibus caninos, vel porcinos mores habētibus sanctum dederis, aut mysteria secreta tradideris, nec sanctum illos sanctificat, nec mysteria veritatis illos illuminat: sed econtra ipsi sanctum coinquant, & mysteria veritatis blasphemant.

**Margarita.** Sicut margarite inclusae cochleis posita sunt in profundū maris: Sic & diuina mysteria in verbis inclusa, posita sunt in tuis in altitudine sensuī scripturarum sacrarum.

**E profundo cruta margarita.** Sicut non omnis potest se mergere, & de profundo tolle re margaritas, nisi artifex qui habet vslum rei illius: Sic non omnis homo potest descendere in altitudinem sensuī, & inuenire mysteriorum absconditas margaritas, nisi vir spirituālis, qui habet exercitationem spiritualium narrationum Dei.

### HOMILIA XVIII. in caput VII.

**Pugna.** Sicut in bello non omnis qui pugnat, vincit, nemo tamen vincere potest, nisi pugnauerit: Sic non cōs qui student, & legunt, acquirunt scientiam spiritualem, nemo tamen ac-

## SIMILIA.

35

quirere potest, nisi aut qui studiosus fuerit ad legendum, aut assiduus ad audiendum.

Sicut qui pulsat ostium, nō tantū voce clamat, sed manu: Sic Pulsans qui bona opera facit, quasi manipulat Deū operib⁹ bonis, ostium.

Vt quum operaris vineam, colligis fructus eius, & dele: Cultura & status in eis melius operaris. Vides quia ipsa se colit fructifi- vineæ. cādo tibi dum colitur? Sic qui opus peccati ex equitur, ipsum quū peccati sit spiritus immādus, operatur in eo delectatio- nē peccāti, vt dum delectatur circa peccatum, amplius peccet.

Sicut qui peccat, dum peccat, magis atq; magis tenebrescit Peccati mens eius, & à luce veritatis recedit: Sic & qui iustitiam ope- accessio- ratur, dum operatur, magis atq; magis clarescit mens ipsius, & ad notitiam sapientiae maioris ascendit.

Sicut res aliqua sine odore potest esse, odor autem sine re Odor, aliqua esse nō potest: Sic opus sine oratione aliiquid est, ora- tio autem sine opere bono nihil est, etiā oras, nō ex fide oras.

Sicut lucerna non quidem ex oleo accenditur, sed per Lucerna. oleum nutritur: Sic fides non quidem ex opere nascitur, sed Oleum, per opera enutritur.

Sicut ad comparationem niuis & solis, omne mundum Nix, Sol, foridum videtur, & omne lucidum obscurum: Ita quantum ad comparationem Dcī, qui solus singulariter est bonus, omnes homines mali videntur.

Quemadmodum innumerabiles rami in una radice: Ita Rami. quæcumq; lex & prophete sparsim in omnib⁹ precepérūt scri- Radix. pturis, in hoc cōpendioso comprehendentur mādato: Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite cīs.

Quemadmodum quām via ducit ad portā, nisi quis am- Via. bulauerit per viam, non potest petuēnire ad portam: Sic & Porta. qui iustitiam faciunt, ipsi soli possunt cognoscere CHRISTVM, & intrare per ipsum.

Sicut qui audit, quia mel dulce est, nec gustat de illo, nō Mel dulce men quidem mellis cognoscit, gratiam autem eius naturæ ignorat: Sic & qui audit, quia C H R I S T Y S filius Dei est, iu- stitia autem eius non fuerit vslus, tantūmodū nomen C H R I- S Y S cognoscit, gratiam autem naturæ eius ignorat.

### HOMILIA XIX. in caput VII.

Quoniam & simia hominis habet in membra, & per omnia Simia.  
E iij

## IOANNIS CHRYSOST.

hominem imitatur, nunquid propter ea dicenda est homo? Sic & hæresis omnia ecclesiæ habet, & imitatur mysteria, sed non sunt ecclesiæ.

**Lupus.** Sicut lupum conperiat pelle ouina, quoniammodo cognoscet illum, nisi aut per vocem, aut per actum? Ovis inclinata deorsum balat, lupus in aëra conuerit caput suum contra cælum, & sic vultat. Qui ergo secundum Deum vocem humilitatis & confessionis emitit, ovis est, qui verò aduersus veritatem turpiter blasphemij vultat contra Deum, lupus est.

**Ovis.** Sicut botrus multa in se grana ligno mediante suspendit. Sic & C H R I S T Y S multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos.

**Arbor. Spinae.** Sub arbore bona & bestiæ & animalia requiescunt, sub spinis autem nullum animal requiescere potest, nisi ratiunem dò serpentes: Si iuxta fidem hominem & boni & mali homines pacem habere, ac se capere possunt: iuxta autem infideles homines nemo pacem potest habere, neq; requiescere in eis: nisi tantummodo serpentes, id est, dæmones, qui cibilia habent in pectoribus eorum.

**Arbores frugiferæ ac steriles.** Sicut in horto sunt multæ arbores fructum inutilem facientes: in sylvis autem non inuenitur bonus faciens: Si autem faciunt, aut insipidum faciunt, aut acerbit: Sic in ecclesia, quæ hortus est Christi, multi sunt boni. In ecclesijs autem hæresum quæ sunt sylvae defertæ, nemo est bonus: quia et si aliquis est bonus, propter homines est bonus, & non propter Deum.

**Radix.** Sicut nihil potest sine radice nasci. Sic nihil potest fieri sine causa:

**Agon.** Ut agonem nemo suscipit sic periculosest, unde nullam sperat palmarum: Ita nec infidelis facit bonum, nullam spem retributionis præ oculis habens.

**Sunt quos nō verè cognoscit.** Sicut omnes homines naturaliter cognoscunt Deum, non autem videtur verè cognoscere: quia non dignè colunt, sicut servū dominum, sicut factura factorem: Sic & Deus naturaliter cœs cognoscit, sed nō eos videtur verè cognoscere, quia non eos diligit, quasi factor facturæ, quasi dñs proprios seruos. Deus.

## CHOMILIA XX. in caput VII.

**Pluia.** Sicut pluia irrigat terram, ut fructum proficeret: Sic doctrina hominem irrigat, ut iustitiam operetur.

## SIMILIA.

36

Sicut nubes bauiulant pluiam, & effundunt eā super terram. Nubes, ira & prophetæ, & apostoli accipiunt verba à Deo, & effundunt super rationabilem terram.

Sicut non est possibile, ut ex sola pluia fructificet terra, nisi flaverit super eam ventus: Sic non est possibile ut sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit spiritus sanctus in corde ipsius.

Sicut grana arenae non conueniunt in unum, neque adhærent adiuticem, sed semper sunt separata: Sic verba quæ audiuntur, & non coniunctantur in unam iustitiae massam per opus, separata sunt, & dispersa.

Sicut domus quæ habet validum fundamentum, si pars aliquæ parietis, vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia potest fieri, ut iterum reparetur. Si autem fundatum eius casum fuerit passum, tunc est ruina eius magna, quia tota venit deorsum: Sic & Christianus si aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non est, quia pœnitentia iterum potest surgere, sicut David. Si autem de fundamento fidei aliquid fuerit passus, id est, si prævaricatus fuerit, & ad gentiles, aut hereticos transierit, tunc est ruina eius magna, quia totus funditus ruit.

## CHOMILIA XXXI. in caput VIII.

Vt nemo bonarum rerum potest sentire saporem, quantum delectatur in malis: Sic etiæ quispiam spiritualem deitatem audit, non intelligit, quia sensus eius carnalium vietiorum lepræ corruptus est.

Omnis medici pecunij: Deus autem sola oratione placatur. Medici.

## CHOMILIA XXXII. in caput X.

Sicut hoc sine armis non potest aliquid facere contra hostem: Arma. Ita diabolus sine homine non valet aliquid contra hostes.

## CHOMILIA XXV. in caput X.

Sicut nullus est locus, ubi non appareat sol, aut non sentiat calor eius: Sic nullus erit locus ubi non agnoscatur C H R I S T Y S, aut non intelligatur diuinitas eius.

Quemadmodum si princeps alius imperatoris, videns ciuitatem Romanam ab hostibus expugnari, quum posset liberare eam, & neglexit defendere, ipse videbitur tradidisse.

E IIIJ

## IOANNIS CHRYSOST.

- se, quam potuisset liberare, si voluisset: Ita & tu videns veritatem ab impijs expugnari, quum eam potuisses defendere, si loqui voluisses, tacens expugnasti, per hoc ipsum, quod compassus es expugnari.
- Furibūdus** Sicut vestimentū super homines positum, si quis furibūdus scindat, illatorē quidē iniurie sentit homo, damnum autem non patitur in natura: Sic corpus super animam positū si occidatur ab impijs, anima quidem occisionis eius sentit dolorē, damnum autem suā nature non patitur.
- Vngues.** Sicut yngues quum summittatē vestiunt digitorū, quādiu præcidantur, dolorem faciunt corpori, quādiu vero præcise fuerint, nullus sensus corporis inuenitur in eis, sed ex ipsa natura alterā noue procedunt, vt nullum videatur natura sustinuisse dispendium: Sic corpus donec cæditur, sentit anima: quum autem occisum fuerit, nullus sensus, aut dolor animæ inuenitur in corpore illo, sed iterū super animā in tempore opportuno gloriōsus illud retex et corpus, vt nullū detrimentum videatur anima perplexa, sed augmentata.
- Bos aut e-** Si mutuō accipis vtpūtā bouem, vel equum, nōnne affi-  
quis vñi - duī operaris opus tuum in eum? Dicis enim apud te: Hodie,  
rarius fac - aut crast tollendus est à me, quia non est meus: Et iā tu in cor-  
ceptus. pore corruptibili natus, quare non ad vtilitatem animæ tuae  
vteris temporali corpore tuo, sciens quia post modicum tol-  
lendum est à te, quia non est tuum.
- Pafferis.** Sicut Dei voluntas est, vt passeres comprehendantur, &  
ad vñsum hominum procedant, quia ad hoc creati sunt: Sic vo-  
luntas Dei est, vt homo, qui sine lege vivit, sine lege, & per-  
eat, & qui Deum non apergit, non aspiciat illum Deus.
- THOMILIA XXVII. in caput. xi.**
- Frugi ser-  
uus.** Sicut seruus postquam commissi operis impleuerit pen-  
sum, gaudet ante faciem domini sui apparere: Sic & Ioannes commissæ prædicationis mysterio consummato, latabar ad Deum transfire.
- Prouidus  
pater.** Quemadmodum prouidus pater moriens, filios suos cō-  
signat fidi tutori: Ita Ioannes sciens se iam in exitu consti-  
tutum, volebat discipulos suos c h r i s t o adiungere.
- Pater mo-  
riens:** Sicut pater moriens, si viderit filios: si os bonis moribus  
ornatos, & omni sapientia perfectos, quāsi securus moritur,

## SIMILIA.

37

nihil de cæterò timens de illis: Sic & Ioannes volebat di-  
scipulos suos perfectos videre in c h r i s t o , vt iucun-  
dus moreretur.

Sicut homo malignus, si viderit aliquem orphanum ha- Homo ma-  
bere substantiam paternam, dicit eum frequenter ad pra- lignus.  
diuum, donat illi interdum aliquid speciosum vestimentum,  
loquitur illi dulces sermones, donec tollat facultates ei⁹: Sic  
& diabolus videns hominem habentem in se thesaurū cœle-  
stem, id est, animam immortalem à Deo creatam, sapientiā  
coelestem in arca terrena positam, ideo ostendit illi aurum  
& argentum, & concupiscentiā ornamenta, ostendit illi ve-  
stes pretiosas, & delitosos cibos, & gloriosos honores, vt per  
hoc subiugans cum voluptatibus suis, auferat salutem anime  
eius, & corrumpat gratiam cordis ipsius.

Vt multæ quidem stellæ ante lucem præcedunt nuncian- Stellaræ.  
tes lucis aduentum, nulla tamen eorum luciferi nomen ha-  
bere meruit, nisi vna, quæ cum ipsa luce procedit: Sic om-  
nes prophetæ ante faciem c h r i s t i præcedunt, nunciā-  
tes aduentum eius, solus autem Ioannes præcursor est appellatus: quia non solum aduentum eius annunciat, sed ipsum  
illum digito suo ostendit.

## THOMILIA XXVIII. in caput xi.

Sicut qui innauigabilem Oceanum nauigare se usurpat, In nauiga-  
dum non potest eum transire, necesse est vt per eādem viam bilis Ocea-  
reueratur, vnde ingressus est: Sic & antiqui philosophi & nus.  
oratores de Dei natura quærere contendentes, vieti sunt in-  
genio, defecerunt sermones, in ultimo nihil se amplius inue-  
nire potuisse confessi, nisi quia Deus incognoscibilis.

Vt si ante te videris aliquē ponderis falcer, siquidē cōten Ponderis  
disti cum tollere super te, & nō potes, laboras: si autē nec té- fasces.  
tas, nullū sentis laborē de pondere: Ita qui festinat adimple-  
re iustitiam, & non prævalet, is demum laborat. Qui autem  
non vult facere iustitiam, ille non laborat sub pōdere legis.

Sicut qui iugum suscipiunt c h r i s t i, c h r i s t u s Iugū Chri-  
eos delectat in spiritu, ne fatigentur in bonis operibus: Sic sti & dia-  
& qui iugum suscipiunt diaboli, diabolus eos delectat, & deci boli-  
pit, ne discedant à malo impij vñque ad mortem suam.

Pondus terrestriū dominorum atterit paulatim vires mi- Pondus.

## IOANNIS CHRYSOST.

nistrantū: Pondus autem C H R I S T I magis adiuuat bānt  
iantem, quia non nos portamus gratiam, sed gratia nos.

### C H O M I L I A X X I X . i n c a p u t x x I .

**Aurora.** Ut ante lucem aurora exīt, ante noctēm autem obscuritas: Ita in aduentū C H R I S T I ante illum prophete, & cū illo apostoli in spiritu sancto faciēbant virtutes. In aduentū vero Antichristi pseudechristiani, & ante illum, & cum illo in spiritu maligno faciēbant virtutes.

### C H O M I L I A X X X . i n c a p u t x x I I .

**Febricitantes.** Quantumvis biberint febricitantes, calore totum cōsummante, quod biberint, semper adhuc fitiū: Ita & maligni homines, quicquid boni viderint, aut audierint, infidelitate totum consummante quod vident, & audiunt, semper vacui sunt, tanquam quí nihil viderint, aut audierint.

**Nequicquam** ingratā re- cōfēns. Ut si quis exponat tibi res quas non libenter audis, si tota die audieris, nihil eorum retinet, quae audiūisti: Aut ambulans in via, si mens tua aliquo cogitatu fucrit occupata, quāuis omnis videas transeuntes, tamen nemine vides: Sic & Iudei frequenter signa videntes, adhuc signum petebant, quia hoc videbant, quod videre nolabant.

**Meretrix vxor.** Sicut mere trix vxor virum suum se fingit amare, verē autem amat adulterum, & in facie istius quidem est, in corde autem alterius: Sic & Iudei videbantur esse Dei cultores: erant autem diaboli amatores.

**Septē virtutū species.** Sicut ex parte Dei, quamvis plures sint spiritus virtutum tamē septem dicuntur, quia ex illis septem omnes species virtutum procedunt, quos spiritus enumerat Esaias, & Salomon signat dicens: Sapiēntia ædificauit sibi dominum, & subdividit columnas septem: Sic ex parte diaboli quamvis multi sint spiritus vitiorum, tamen septem dicuntur, quoniam ex il lis principaliis vitis, vitiā vniuersa nascentur.

### C H O M I L I A X X I . i n c a p u t x x I I I .

**Viator.** Sicut viator in via nihil sollicitus est, nisi quod necessariū habet ad viām: Ita & homo in hoc transitu mundi, nihil debet esse sollicitus, nisi quod opus habet ad viām.

**Acetum. Mel.** Sicut qui in magno vase acetū modicam guttā mellis immisceat, etiam mel perdit, & acerbitas acetū non mutatur: Sic homini in hac malorū multitudine cōstituto, si colloquutus

## SIMILIA.

38

fueris iustitiae verbum, & verbum perdis, & ille non temperatur in concupiscentia mundi alium rerum.

Si ostendis leoni viridem herbam, aut campum bene florēt, non excitas eum in concupiscentia, quia non habet hoc in natura, vt herbas manducet: & econtra si ostendas boui, Bos. carnes, non concupiscit, quia non bonus natura est, vt manducet carnem: Sic & homini mūndiali si de bono celestī loquaris, non excitatur in concupiscentia boni.

Quemadmodum si pluvia super lapidem cadat, desuper pluvia, quidcm sudat, ab intus autem siccus est, quia non descendit humor in eum: Sic & homini mūndiali quādo loqueris verbum Dei, tantummodò sonus verbi desuper percutit aures eius carnales, in cor autem eius nihil descendit.

Vt ille latro culpandus, qui parietem perforat, in secreta Latro. domus parte ingreditur: qui autem inuenit foris expositum & proiectum, quomodo quasi latro culpetur? Sic & diabolus si poterat introire in secreta peccatoris tui, vt à te nolente raperet verbum Dei, bene culparent: nunc autem quod à te neglectum est, & contemptum, hoc ille diripit.

Vt qui ad bellum transmittitur, ad gloriam paratur: Ita Bellum, cui tentatio imponitur, correctio ostenditur ei.

Sicut pater familiās multa mancipia habēs, omnibus quidem mediocrem vestem dat, mediocrem annonam dat, pro debito dominij sui, quia nec pōtē esse seruus eius, nisi ab illo vestitus fuerit, & nutritus: quibūdā autē fideliōribus circa se, dat meliorem vestē, & delicatiorem annonā, non propter debitū dominij sui, sed propter bonos mores eōrum: Sic & dominus generalem gratiam, id est, intellectū boni & mali omnibus dat pro necessitate nature, quia nec videmur esse homines ad imaginem Dei creati, nisi habuerimus diuinū intellectū. Dignioribus autem dat specialem gratiam, ut purā cognoscendi mysteria, non pro necessitate naturæ, sed pro remuneratione bonæ voluntatis, aut bonorum operum.

Sicut homo, cuius oculi iniquitatem vident, non aquitatem, quantum ad Deum, vidēs, cœcus dicitur esse: & sicut pecunia videns, catis vivens mortuus dicitur, quia ille non Deo, sed diabolo vivit: Sic qui habet intellectū, & bonum nō operatur cum eo, quantum ad Deum nec habet.

Paterfamilias.

## IOANNIS CHRYSOST.

### CHOMILIA XXXII.in caput. xix.

**Q**uemadmodum si videoes hominem assidue amicitias mediconum colentem, ex ipsa re statim intelligis, quia infirmus est: Sic & quium videoes sive virum, sive mulierem de dimittendis vxoribus aut viris legem interrogates, cognosce quia vir ille lascivus est, & mulier illa meretrix est.

Herbae.

Humor.

Seruus furax & ebrios.

Vxor oblatrrix.

Pugna.

Terra  
Pluvia.

Cognoscens Deum.

**S**icut herbæ ex humore nascuntur & crescunt: Sic homines per amorem incipiunt, & augentur.

**V**t humor quidem de radicibus ascendit in herbā, de herba autem non reverterit in radices, sed sursum transmittitur in semen: Sic & charitas de paréibus ascendit in filios, de filiis autē non reverterit ad parentes. Ideo parentes quidē diligunt filios, sed nō sic diligunt à filiis: quia sicut herba nō decorum, sed sursum ad semē transmittit humorē: Sic & homo nō ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectum.

**V**t si quis habeat serū, qui furatur, & inebriat se, considerans dominum, quia si vtrūq; sibi insimul mandauerat obseruare, nihil proficit, mandat illi quidē, vt bibat quantum vult, sed publicè bibat, vt hoc quidem quod bibit, sit secum nouū bonū, vt paulatim discat obediēre preceptis: Sic permisum est dari repudium, malum quidem, sed permisum à creatione.

**S**icut vxorem quounque modo contra voluntatem viri agentem, dignum est repellere, non autem est iustum quantum ad gravitatem viri, nisi ob causam fornicationis: Sic & Ecclesia quounque modo contra voluntatem egerit C H R I S T I, digna est abici, non autem abiciunt propter longanimitatem C H R I S T I, nisi sola causa transgressionis.

**S**icut quidam in pugna cadentes nō exanimant ceteros, sed dicunt illis sic datum fuisse, rem nō applicant pugnæ sed homini: Q uantò magis nos à proposito continentie cadētiū negligientiæ imputare debemus, nō difficultati virginitatis.

**V**t terra nō germinat, nisi pluvias suscepit, nec pluvia fructificat sine terra: Ita nec gratia sine voluntate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia potest.

### CHOMILIA XXXII.in caput xix.

**S**icut præ omni iustitia opertu, maior est iustitia cognoscere Deum: Ita præ oī peccato, magis peccatum est idola adorare.

**Q**uemadmodum supra dorsum omnium iumentorum nō

## SIMILIA.

39

**S**tat sarcina, nī fortiter fuerit colligata ad ipsum: supra calcum autem sine recolligatione etiā repausat: nā ipse gibbus sarcinam tenet in se: aptus est enim ad pondera bauulanda: Ita in crateris quidem peccatoribus, tamē cognoscentibus Deū, nō stat sarcina peccatorū in corde ipsorū, nīc cī magna violētia & virtute diabolus tenuerit in corde ipsorū, alligans cā delectationibus: ipsi enim cognitio Dei excutit à se pōdera peccatorū. In gētibus autē sine labore diabolus tenet peccata, quia idolatria ipsa quasi gibb' retinet in se vniuersa peccata: apta' est enim ad bauulāda pondera peccatorum.

**V**t omnia animalia quamvis libenter terrā apicūt, semper tamē quando volunt, possunt tollere collū suū ad ccelū: so Animātia lus camelus autē nunq; potest sursum tollere collū suū gibbo prona terdepressus: Sic omnes peccatores libētius quidē terrena adeūt ram spētamen quandocunq; volunt, possunt conuertere se ad cœlestem iustitiam: Gētes autē nūl modo possunt explicare se, Camelus. & ad diuinā conuertere, idolatrias sua curiati, & exēcati.

**S**icut camelus neq; deorsum recto collo aspicere potest, sicut cetera animalia: neque sursum recto collo aspicere potest, sicut homo, sed inter sursum & deorsum caput cī pēdet in medio: Ita & Gentiles neque animalibus assimilantur ad plenum, neq; hominibus similes sunt propter humanum, & rationabilem intellectum suum. Hominibus nō sunt similes, quia nunquām cœlestia, sed terrena semper attendunt.

**Q**uemadmodū camelus nec ad plenū immundus est, nec ad plenū mundus. Mundus quidem est, quia reuocat & ruminat: immundus autē, quia nō habet duas vngulas fissas: Sic & Gentes: quoniam vacuæ sunt, nec munda ad plenum. Mādæ quidem fuerant, quia & tractabant, quæ Dei erant, id est, ruminabant, & conuersabantur rationabiliter penē secundum Deum: sed conuersationem, quæ pes est, nō habet diuisam in duo, id est, in fidem, & in opera, sed habent opera tantum.

**S**icur camelis pes ambulantis nō dissipat terram, sed quum CAMELI sit mollis, concordat ei, & complectitur eam: Sic & conuersa pes. tio Gentium, quamvis non esset bona, non erat dissipans terram, hoc est, carnalem naturam, sed conueniens erat naturæ carnali, & secundum voluntatem ipsius erat.

### CHOMILIA XXXII.in caput xix.

## IO ANNIS CHRYSOST.

**Pater se-** Filii carnales si modicū pater eorū fuerit senex, rædiā tur de vita ipsius, desiderant eū maiori: & si citō mortuus non fuerit, contemnunt cum quasi delirum. Ei lī autem spirituales quantō perfectiores fuerint in fide, tanto amplius diligūt doctorem suum.

### HOMILIA XXXIIII. in caput xx.

**Mercena-** Sicut mercenarius positus in vinea, si neglexerit eam, non riū. folam mercedem perdet, sed etiam desertā vineā exigetur ab eo damnū. Sic & nos si neglexerimus iusticiam nobis commissam, nō solum nullam mercedem habebimus, sed etiam dissipata iustitia dabimus rationem.

**Mercena-** Q uia vineam alicui operandam confignat, non tantum propter illius utilitatem confignat, quantum propter suam: Deus autem iustitiam suam dans in sensibus nostris, non propter suam utilitatem dedit eam, sed propter nostram.

**Mercena-** Sicut nemo ideo cōducit mercenarium, ut hoc solum faciat: quod manducet: Sic & nos non ideo vocati sumus à c h r i s t o, ut hac sola opere murmur, quae ad nostrum pertinent vsum, sed ad gloriam Dei.

**Mercena-** Sicut mercenarius, qui hoc solum facit, quod manducat sine causa ambulat in domo: Sic & nos si sola hec facimus, quae ad nostram pertinent utilitatem, sine causa vivimus super terram.

**Mercena-** Sicut mercenarius suum prius aspicit opus, deinde diaria riū. sua: Sic & nos si mercenarij c h r i s t i sumus, primū debemus aspicere, quae ad gloriam Dei pertinent, proximiisque profectum, deinde quae ad nostram utilitatem.

**Mercena-** Sicut mercenarius totum diem circa domini opus impen- riū. dit, vnam autem horam circa suum cibū: Sic & nos omne tē- pus vite nostræ debemus impendere circa opus glorie Dei, modicum autem partem circa vsum nostros terrenos.

**Mercena-** Sicut si mercenarius qua die opus non fecerit, erubescit riū. intrare in dominum, & petere sibi pauperem: quomodo tu non confunderis intrare in ecclesiam, & stare ante conspectum Dei, quando nihil boni in conspectu Dei egeris?

**Vallis.** Prīus in vallibus sit obscuritas, die declinatē ad occasum. **obscuritas** Quādo ergo colles videris obscurari, quis dubitat, quin iam Nox. nox est? Sic primū in secularibus, & laicis Christianis incipit

## SIMILIA.

46

prævalere obscuritas peccato rū. Nunc autē quando iā vides, quod sacerdotes positos in summo vertice spirituali dignitatū, qui montes & colles dicuntur, apprehenderit iniqüitas tenebrosa, quomodo dubitetur quia finis est mundi?

Omne animal conceptionis suæ seruat honorem, & tecum Cōceptio- pius, homo autem solus contemnit.

Sicut fori est propriū, ut illic omnia venundētur, & eman Forum- tur, & inuicem se circumueiant ementes & vendentes: Sic in hoc mundo omnes vendendo & emendo viuunt, & inuicem fibi fraudem facientes, vitam suam sustentant.

Sicut quis in itinere cōstitutus, aut in opere quodā, ante sextam quidem non operatur, aut virgetur, aut ambulat sc̄ies quia cī longus adhuc dies superest: transacta autem sexta, quum coepit esse octaua & nona, incipit properantius age re, ut opus suum vel iter tempore definito concludat: Sic & Deus v̄que ad Abraham, qui fuit in sexta hora, venit ad homines disponere testamentum: post Abraham autem v̄que ad transmigrationem frequenter properans, ut aduentum suum in hunc mūdum, & vocationem gentium definito tempore consummaret, quasi vespere iam propinquante.

Sicut sc̄ilicet est homini pauperi, & in angustijs constitūta disciplina to disciplinam tenere: diuiti autē & abundanti difficile: Sic illis inter gaudia mundi difficile fuit tenere iustitiam, nobis autem inter tribulationes mundi facile.

Sicut in corona, quum sit rotunda, nihil inuenis, quod vi Corona. deatur initium aut finis: Sic inter sanctos, quantum ad tempus in illo seculo, nemo nouissimus dicitur, nemio primus.

### HOMILIA XXXV. in caput xx.

Vt semper pretiosior thesaurus in vasis melioribus inclu- preciosior ditur: Sic c h r i s t u s Apostolis tantummodo mortis sua thesaurus. annunciauit mysterium.

Vt in seculari bello videmus, quia qui vadēs ad pugnam, de præda victoriae cogitat, difficilē vincit: qui autem sic vadit, quasi ad mortem, facile vicit: Sic & nos in hoc certamine spirituali viuentes, non debemus cogitare, qualem gloriā cōsequamur, sed quomodo evadamus ruinam peccati.

Sicut miles si toto corpore fuerit armis vestitus, & vnam Miles ar- partem haberet nudam, nihil ei prodet, quod totus fuerit natus.

ferro vestitus, si per illam vnam partem eum sagitta percussit, sed sic cadit, quemadmodum si totus fuisset nudus. Sic & Christianus si iustitiam fecerit, & si in uno peccauerit, similiter peccator statuit, quemadmodum si semper peccasset.

**Lanæ in-** Sicut quum lana intingitur naturalem habens colorem, vt coloretur purpurea, aut aliquicun coloris accipiat dignitatem. Sic & nos in mortem descendimus corporales, & resurgesimus spirituales.

**Occupata** Si rex terrenus videret, quod civitatem illius occupatam teneat hostis, quid facere potest? nihil, nisi vt ponat arietes, circicidat exercitum, defruat incensia, quæ forte ipse ædificavit, vt tantummodo hostem expellat. Sed videamus sapientiam nostri regis. Postquam vidit castra sua occupari à spiritu alieno, sic hostem expulit vt castra sua non laderet.

**Pes, ocul⁹** Sicut pes libenter seruit oculo, quasi sibi seruienti, sciens quia nisi ocul⁹ suo ministerio fuerit viuis, nec ipse suo poterit vivi: & oculus libenter seruit pedi, quasi sibi seruienti, scires quia nisi pes suo officio fuerit viuis, nec ipse suo poterit vivi: Sic & sancti inuicem sibi debent esse subiecti, vt minori maior non indueat: quasi maiori, sed libenter obsequatur ei, quasi sibi seruienti in eo ipso quod maior: & maior non conténetat minorem, quia maior est, sed libenter ei obsequatur, quasi sibi seruienti,

**HOMILIA XXXVII. in caput. xx.**

**Messis fo-** Testimonium studiosi agricolæ est messis fecunda: assi- cunda, autem doctoris documentum, ecclesia plena.

**Pretiosus** Sicut qui pretiosum gustauerit cibum, postmodum ei haec cibus. esca communis ingrata videtur: Sic & qui de dulcedine cœr*CHRISTI* bene gustauerit, terrenorum bonorum de cœterò non multum sentit saporem.

Sicut rosa ante<sup>q</sup> videatur, sentitur, & ante<sup>q</sup> innueniatur, te netur in odoribus suis: Sic & dominū transeunte de lōgē, duo cœci ante<sup>q</sup> viderent, diuinitatis eius fragrantiam senserunt,

**In tene-** Sicut qui in tenebris ambulat, si semel viā perdididerit, inter- bris ambu nec superueniat dies: Sic & homines ambulantes in errorib⁹ ans. vel peccatis, postque Dei cognitione semel perdidérunt, ad perfectam notitiā veritatis redire nō poterant, nisi dies scilicet

Christus venisset, quamvis circa veritatem viuebant.

**Homilia. xxxvij. in caput. xxj.**

Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, ubi tempore naufragii stas voluerit: Sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perditio, per peccatum agit quod non vult, sed quod diabolus vult.

Sicut in mundialibus regnis nemo potest seipsum facere regem, sed populus creat sibi regem quem elegerit: quum genitivus rex ille fuerit factus, & confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, & non potest populus iugum eius de ceruice sua depellere, & sic voluntas populi postea in necessitatem vertitur: Sic & homo prius quā peccat, liberti habet arbitriū, utrum vel sub regno esse diaboli: quū autē peccādo se tradiderit sub regno ipsius, īā nō potest de potestate eius exire: & sic prima voluntas eius in necessitatem vertitur.

Sicut astinus, si quid errat, in simplicitate errat, & nō asperitate. Ita & homines qui crediderunt in Iesum Christum siue ex Iudeis, siue ex Gentibus, ante Christum non in malitia, sed in ignorantia peccauerunt.

Sicut peccatores, equi sunt diaboli: ita & sancti, equi dicuntur Christi.

Sicut turpitudo nuditatis vestimento tegitur: Sic natura- lia mala carnis nostræ preceptis & gratia diuina teguntur.

**Homilia. xxxvij. in caput. xxj.**

Quemadmodum medicus quando primo ingreditur ad infirmum, statim de stomacho eius interrogat, & eum co- ponere primum festinat: quia si storaachus fanus est, totū cor- pus validū est: Ita si sacerdotius integrum fuerit, tota ecclesia florat: si autem corruptum fuerit, tota ecclesia marcidâ est.

Sicut cor sapientiae locus est: ita sacerdotes sunt receptacula sapientiae spiritualis.

Sicut stomacho ministrante vnumquodque membris Stomach⁹ suscipit nutrimentum, & conuertit ipsum in se, secundum suā naturam: utputa quod suscipit iecur, totum sit sanguis, quod autem suscipit fel, bilis efficitur totum, quod vero in pulmo- nem, phlegmata fiunt, quod autem in mamillas, totum ef- ficitur lac: Sic sacerdotibus in ecclesia loquentibus verbū omnes suscipiunt, vniusquisque autē cōuertit illud secundū suū cor: ita vt vnu id ipsum verbum in cordib⁹ quidem recte proce- F

## IOANNIS CHRYSOST.

- Languens stomachus** *infirmitas* dat ad vitam, in cordibus autem peruersis suscitet iracundia quasi bilis; in alijs autem operatur dilectionem dulcissimam quasi lac; in alijs autem odium, quasi phlegma nocivum, & expudiendum.
- Arbor.** Sicut in corpore si aliquid membrum infirmatum fuerit non omnino languet stomachus, si autem stomachus languit, omnia membra inueniuntur infirma. Sic si aliquis Christianorum peccauerit, non omnino peccant & sacerdotes: si autem & sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conueretur ad peccandum.
- Ambulans inter duos inimicos** Quemadmodum quum videris arborem pallentibus folijs, marcidam intelligis, quia aliquam culpam habet circa radicem: Ita quum videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum.
- Triticum.** Quemadmodum qui ambulat inter duos inimicos, ambo bus placere volens, & se commendare, sine maliloquio non potest: necesse est enim ut & iſti male loquatur, de illo, & illi male loquatur de ipsis: Sic qui emit & vendit, sine mendacio esse non potest & pcamrio: necesse est enim ut negotiatorib⁹ hic iuret, quia non tantum valet res, quantum comparat ea: & ille iuret, quia plus valet res, quam vendit.
- Malagma Lachryma** Quemadmodum solidus, qui non habet malagma Cæsaris, reprobus est: Ita & homo qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus aestimatur.
- Imago** Sicut homo bonus in se imaginem Dei ostendit: Sic & homo malus in se imaginem diaboli habet.
- Columna** Quemadmodum columna in templo, si steterit recta, accepto pondere, amplius confirmatur: si autem modice obliqua fuerit, si accepto pondere non solum confirmatur, sed amplius vadit ad latum: Sic & cor hominis si rectum fuerit, vides opera alicuius virti iusti, aut audiens per doctrinam sapientiam

## SIMILLA.

42

enit, amplius confirmatur: si autem fuerit peruersum cor, vindens opera alicuius virti iusti, aut audiens, non solum non confirmatur, sed magis ad iuidia excitatur, & magis perueritur.

Sicut lac sine labore, & sine opere dentium manducatur, & manducantem suavitatem sua delectat: Sic & mirabilia nullum laborem videntibus ponunt, sed videntes admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant.

Sicut infanti si dederis fragmentum panis, quoniam angustias habet fauces, effocatur magis quam nutritur: Sic & homini imperfecto in fide, & pueri in sensibus, si altiora mystria volueris dicere, angustam habens fidem & sensum, magis scandalizatur, quam edificatur.

Quemadmodum viro perfecto si dederis lac, fauces qui demandum eius delectat, membra autem eius non confortat: si autem patet manducet, non tantum fauces eius delectat, quam praefat ei virtutem: Sic & viro perfecto in fide, & maturo sensibus, si miracula ostendas, delectatur quidem aspectu, nihil autem ei proficit ad edificationem sensus, aut ad notitiam veritatis: si autem verbum sapientiae exponas ei, & ratione delectatur, & edificatur in fide.

¶ Homilia. xxxix. in caput. xxj.

Sicut irrationabilis terra quæ fecitus viam posita est, semper conculcatur, & dura est, & semina doctrinæ in sulcos sensus sui non recipit, sed volatiles spiritus rapimus ea: Sic & omnis arbor rationabilis iuxta viam posita non potest esse fructifera, id est, homo secundum mundum viuens, numquam potest euadere a peccato, ut sit iustus.

Sicut de gemmis flores procedunt: ita de bonis cogitatio Flores, nibus nascuntur bona voluntates.

Sicut flores non possunt procedere, nisi fuerit gemma: Sic bona voluntas nasci non potest, nisi præcesserit in hominem cogitatio bona.

Sicut ex floribus poma formantur: Ita ex bonis voluntataibus opera perfecta nascuntur.

Sicut ante pomum flos procedit: ita ante opus bonum, bonum Flos, na voluntas.

Sicut difficile est arborem iuxta viam positam fructus suos vique ad maturitatem feruare: Sic difficile est virum fidem

Fij

## IOANNIS CHRYSOST.

**Arbor iuxta viam cōfita.** iuxta istum mundum viuentem, id est, in actibus eius, iustitiam immaculatam usque in finem seruare.

**Arbor fructuosa.** Sicut melius est ut non sit arbor, quam ut sit quidem, & fructum non faciat: Sic melius ut nec sit homo Dei, quam ut sit quidem, & conuersationem non habeat secundum Deum,

**Obaudiēs.** Qui tuus non est si tibi noui ob audit, non doles de illo autem qui tuus est, grauerter doles, si te contemnit, & aliis seruit: Sic Deus non tantū de alieno, & aperte diabolo seruienti irascitur, quād de suo diaboli faciente voluntatem.

**Tēpestas.** Sicut afflictua est in maritem pēcas: Sic in isto mundo, persequutio Satanae.

**Corpus fācile.** Ut corpus sanctū aliquoties percutitur, & non facile vulneratur: corpū autē debile ab int̄ tacitā habet laurā, etiā si monum & de- dice ratiū fuerit, citius dissipatur: Sic animal liberum & integrum non facile offēditur, animal vero inuidia vulneratū non solum causa idonea, sed etiā leuis occasio incitat in dolorem.

**Sagax vēnator.** Sicut cautus venator, bestiam cōprehendere volens, quā videtur praeципitem locum ex una parte illius, ex altera parte erigit retia, ut ex quacunque parte exilierit, aut in retia incidat, aut in praecipitium cadat: Sic & dominus Iudeis simplici interrogatione laqueum posuit: videlicet unde esset baptisma Ioannis, ex Deo, an ex hominibus: Ut si quidem de celo dicerent, in laqueum reprehensionis incidenterent: Quare ergo non creditis ei? Si autem de terra dicerent, quasi in praecipitium, sic in periculum mortis incurcent apud populum, vt lapidarentur.

**Sutoria.** **¶ Homilia. xl. in caput. xxij.**

Sicut qui sutoriam, aut quamcunque aliam profitetur artē, & si specialiter non spōdeat, tamen per hoc ipsum quod sutoria professus est artē, & opificiū vel magisteriū artis ei⁹ aperuit, videtur tacitē omnibus spopondisse, ut sine reprehēsione impleat, quam professus est artē: Sic sacerdos, & omnis clericus, & si specialiter non promittat, tamen per hoc ipsum quod dōctor constitutus aliorum, statim promittere Deo videntur in omnibus obauditumusc Deo.

**Vītior.** Qūmodo vītior studiosus, qui primum omnes in circuitu instruções syllas excidit, & sic postea plantat, ne forte arbores lascivientes, dū huc & illuc per longa spatiā ramos

## SIMILIA.

43

suos exportigunt, adhuc tenerū effacent malleolum: Sic deus Gentes sine fructū iustitiae constitutas occidit, & sic collocauit Israel, ne forte Gentes indisciplinate dum in longum terminum suę dominationis extendant, affligant populum dei nouitium.

Sicut in turri consistentes duo bona consequuntur, & hostium irruptionem ipsi non facile patientur, & hostes de turri facile conterunt: Sic & qui in fide Christi consistunt, vel in legē Dei, & daemones super se irrue non sinunt, & spiritibus bonorum operum sagitis eos facile vulnerant.

Sicut duram terram ferrum emolilit: Sic & verbum durum cordis relaxat.

Sicut rastro ferreo herbae radicis euelluntur a vinea: Rastrum. Sic & acris sermone vitia de populo refescantur.

Vt sicut colonus quamvis de suo munera obtulerit domi: Colonus non, quomodo si de vinea eius redditus ei obtulerit: Sic sacerdos non tantum propter iustitiam suam placet domino, quomodo si populū Dei in sanctitate docuerit: quoniam ipsius iustitia vna est, populi autem multiplex.

Qualius alicuius amicus fuerit homo si semel ab illo Passus in fuerit passus iniuriam, quātūcunque frangitur eius affectus si iterum passus fuerit, iterum magis minuitur, & si iterum, amplius non minuitur amicitia eius, tamen non additur: Dei autem misericordia, quanto magis a Iudeis offenditur, tanto amplius addebat in eis.

Sicut sole in nubibus const: tuto, hoc quod est dies, non est nubium permittentiū eū apparere super terram, sed virtus solis quē pertransiens nubes, etiam impedientibus eis apparet: Sic iuste pronunciauit Iudeorum non placata, sed aposita malignitas: Nimirum quim interrogati a domino, quid facturus esset dominus illis colonis, qui patris familiās filiū occidissent, respondērent: Malos male perdet. Non autem est illorum quod iuste iudicarunt, sed ipsius causæ. Est enim causa veritatis quē quasi violentiam illis facit, ut non possint eam celare.

Sicut ædificatores, nodosos lapides, & habentes torturas Aedificatores dolant, postea vero ponunt eos in ædificio, alioqui non torē. dolati lapides lapidibus non cohaerēt: Sic & ecclesiæ doctores

F iiij

## IOANNIS CHRYSOST.

vitia hominum, quasi nodos acutis increpationibus primùm circundicere debent, & sic in ecclesiæ ædificatione colloca- re: alioquin vitij manentibus, Christiani Christianis cōcor- dare non possunt.

**Artifex.** Sicut artifex ex omnibus lapidib⁹ eligit meliores, & po- nit à foris in facie adificij, ceteros autem lapides quæcumque intus mittit: Sic Ecclesia meliores Christianos eligit, & ponit in facie Ecclesiæ, id est, alios facit sacerdotes, alios dia- conos, ceterosq; Ecclesiæ ministros: mediocres autē proficiunt in medio Ecclesiæ, id est, adificij, propter misericordiæ Dei,

Sicut lapides qui sunt intus in edificatiōe, nemo aspicit, sed eos qui sunt foris, omnes cōsyderant: Sic seculariū hominum vitia, neque sic confyderantur, neque sic nocent Ecclesia.

**Populus.** Sicut forani lapides intranco intra se tenent, & constrin- gunt: Sic totus populus sacerdotiū, & clericorū meritis saluatuerit.

**Percutiens** lapidem. Sicut omnis res quæ percūti lapidem, ipsa quidem collis- ditur, lapidem autem nō laedit: Sic & omnis, qui contra Chri- stianitatem agit, se quidem corrumpit, christianitati autem non nocet.

**Ab alto ca- dens.** Sicut quod de alto cadit, grandem sonum facit, ut au- diant omnes: Sic & qui de alto gradu cadit, ruina illius ubi- que auditor.

**Vas.** Sicut vas quod leviter cadit, & laeditur, est quidem vas sed ad usum non proficit: quod autem dispersum fuerit, nec videtur esse vas: Sic C H R Y S T I A N V S peccator iſur- git quidem, sed inter sanctos non ponitur: infidelis autem nō resurgit in iudicio,

**Infirmus.** Sicut infirmus donec mediocriter habet aliquam passio- rem, & sperat se posse curari, seruare à nocivis escis: si au- tem intellexerit insanabilem se iam esse, iam non parcit: Sic & homo donec mediocriter peccat, sperat salutem, quācumque potest obseruat se à malo: si autem grauiter peccan- do coepit desperare, iam nihil dubitat facere, quasi qui iam peccatis suis vincit iudicium Dei,

**Fragmen-** Sicut qui mittit in os suum fragmentum panis, aut qua- tum panis, quemcumque cibum, primum molit eum dētibus, & ita dimittit.

## CHOMELIA XL. in caput xxii.

## SIMILIA.

44

tit eum in stomachum: Sic & quum audimus verbum, necesse est ipsum meditari in ore sensus, & videre quid est quod dicit, aut unde dicit, aut propter quam rem dicit.

Quemadmodum qualemcumque cibum, nisi masticauere Cibus qui rimis dentibus, non sentimus saporem eius: Ita & verbum uis. quod audimus, nisi masticauerimus ipsum tractantes in no- bis, non possumus intelligere virtutem verbi illius.

Sicut cibum postquam masticauerimus, dimittimus in sto- machum: Ita & verbum postquam bene tractauerimus, com- mendamus ipsum memoriae tanquam stomacho.

Quemadmodum nō prodest cibus nisi masticatus, & in Masticatu- stomachum descendenter: Sic non proficit ad salutem verbum cibus. nisi quum fuerit intellectui & memoriae traditum.

Sicut cibus nihil prodest si manducauerimus: & iterum Cibus euominus eum de stomacho: Sic nihil in nobis prodest ver- bum quod audimus, & obliuiscimur illico.

Cibus qui in stomacho stat, ille confortat: Et sermo qui Cibus in memoria manet, ille saluat.

Apud Iudeos illa animalia sunt munda, quæ reuocant Animalia cibum, & ruminant: Ergo animal illud est mundum, quod ma- munda. sticatur, & tradit vtero, & iterum de vtero reuocatur, & rumi- nat: Et homo ille est spiritualis & sanctus, qui audiens ver- bum, tractat: & quum intellexerit, memoriae quasi vtero tra- dit, & iterum de memoria quasi vtero reuocatur, & ruminat, & retrahit.

Sicut regale prandium multis ciborum speciebus orna- Regale tur: Ita & hoc conuinuum scripturarum diuersis iustiarum prandium speciebus est decoratum.

Sicut viuentis animalis viscera nemo manducat: Ita viuen- tium Prophetarum sermones suscepit nemo, sed post mortem.

Sicut tauri duces sunt gregis: Ita sacerdotes sunt prin- cipes populi.

Quemadmodum si aliquis cum nigris vestimentis inue- Nigra ve- niatur in nuptijs, fordidat gloriam nuptiarum: Ita & qui ope stimenta- ra habet tenebrosa, & inter Christianos quasi unus ex eis cō- niversatur, ipsi Christianitati facit iniuriam.

## CHOMELIA XLII. in caput xxii.

Sicut non potest fieri, ut ligna mittendo extinguis ignē: Ligna.

F iiiij

## IO ANNIS CHRYSOST.

Sic non potest fieri, ut ratione dicendo, places hominem malum?

**Ignis.**

Sicut ignis quanto amplius ligna suscepit, in maiorem flammat erigitur: Sic animus malus, quanto magis veritatem audierit, eo amplius in malitiam excitatur.

**Taurus.**

Veluti si quis taurum validum viribus non potest subiugare, & vinculo flectere, mollibus manibus nodosam fricat ceruicem, ut quem virtute tenere non potuit, per blanditatem comprehendat: Sic & Iudaei catenam subdolè laudis portantes in ore, & gladium malitiae abscondentes in corde, taurum Ecclesiastici gregis dolo laudis comprehenderent festinabant.

**Diues per pfectus.**

Quemadmodum diues peregrine profectus, si in hospitio applicerit pauperis alicuius, quamvis non potest in domo iubere quod vult, quia hospes est, tamen magnam sibi fiduciam agendi ali quid vendicat, quia potens: Sic & anima peregrina in hoc regno carnis ingressa, quamvis non omnia spiritualiter agere potest secundum se, quia extranea est in hoc mundo, tamen aliquid spirituale vendicat, & in carne, quia nimium potens est.

**Peregrinus pauper.**

Sicut peregrinus pauper, nihil in hospitio diutinis potest, primo, quia peregrinus & hospes est, deinde quia medicus & pauper est: Sic & caro quium in illud seculum resuscitata migraverit, nihil omnino poterit sibi carnale defendere: prius, quia extranea in illo seculo spirituali: secundò, quia infirma est carnis natura.

**Caput, Membra.**

Sicut caput dignius est quam membra, quium nec membrina capite, nec caput sine membris esse potest. Sic digniores sacerdotes, quam populus, non tamen utiliores, quia nec populus sine sacerdotibus, nec sacerdotes sine populis esse possunt.

**Casta mulier.**

Sicut casta mulier, quae virum suum amat, nullum amat alium, si autem alterum amauerit, jam non amat virum suum: Ita & homo si Deum amat, mundum non amat: si autem mundum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat.

**Regia imago.**

Sicut in imagine sua rex honoratur, vel cōtemnitur: Sic & Deus in homine vel diligitur vel oditur.

**CHOMILIA XLIII. in caput. xxiii.**

Sicut in secularibus in eo quod alter pauper ascit, alter di-

## SIMILIA.

45

rescit, & nisi alter descenderet, alter non ascenderet: Sic & in Pauperibus spiritualibus in eo quod alter confunditur, alius emendatur, scens.

Vt aurum eligitur, & vilis terra relinquatur: Et ut apes flo Aurum, res colligunt, herbas relinquunt: Sic & vos ab homine malo Apes, doctrinam colligit, conuersationem relinquite.

Vt ex vestimento nasciturinea, que comedit vestimentum: Et ex oleribus vermis nascitur, qui olera vniuersi corrū Vermis: Sic & in spiritualibus ex ipso proposito eorum spirituali accipit occasionem inimicus, vnde eis retia texit.

Vt in arbore quamvis plurimos ramos producat, tamen Arbor omnium ramorum via dicitur radix: Sic & in mundo quamvis horo hominem generet, tamen unus est pater, qui omnes creavit.

**CHOMILIA XLIII. in caput. xxiii.**

Sive vestimenta empturus, gyras unum negotiatorem & al vestimenta terum, & vbi multiores vestes inuenieris, & precio viliori, ab illo comparas: Quomodo non oportet populum circuire omnes doctores, & inquirere vbi syncra veritas CHRISTI venuatur, & vbi corrupta, & animum confessiones cognoscere, & veriorem eligere plusquam vestimentum?

Si propter utilitatem, vel necessitatem mundanam, ignoramus, profici si volueris ad aliquem locum, cuius viam ignoras, nūc quid propter ignorantiam vie discedis a profectione proposita? Non, sed experitis nunc istam viam, nunc illam: & quos interroges queris, & quum inuenieris, rogas & postulas ut semitam discas: Et si velis scripturarum ingredire veritatem, non per orationibus, non queris in scripturis, non pulsas bonis operibus, non interrogas sacerdotes, nūc istos, nunc illos, non inuestigas qui veri sunt clauicularijs scripturarum non, qui falsi.

**CHOMILIA XLV. in caput. xxiii.**

Sicut familia non regitur sine flagello: Sic & populū non Familia regitur sine increpationibus, non gubernatur.

Sicut omnis tentatio fides quidem aedificat magis, infra Tentatio deles autem destruit amplius: Sic & omnis increpatio disciplina, religiosum hominem, & Deum timet meliorem facit: irreligionem autem & malum conturbat, & ad deterritus ire compellit.

## IOANNIS CHRYSOST.

**Vasfiguli.** Sicut vas sigiligne probatur: Sic & bonum cor incre-  
patione cognoscitur.

**Regula** Ut regula est humanæ naturæ, ut omnis homo nascatur  
hūanæ na- duos oculos habens, & quinque digitos: aliquando tamen vt  
turæ. manifestentur opera Dei, nascitur homo aut sex digitos ha-  
bens, aut oculos eminimo nō habens: Sic & homo extra regulæ  
naturæ raro procedit, vt dissimilis nascatur filius parentibus.

**Arbor.** Sicut arbor in fructu cognoscitur, & fructus per arbo-  
rem demonstratur: Sic parentes cognoscuntur in filiis, filii  
per parentes.

Si litiges contra aliquem aduerterunt, & scis quod ali-  
quid cogitat aduersus te, dicens illi: Fac mihi quod facturus  
es: Non itubus illi vt faciat, sed ostendis te intelligere quod  
cogitat facere: Sic & dominus ad Iudam dicebat. Quod  
facis, fac citius.

**Meretrix.** Quid prodest meretrici, si nomen habeat castum? Sic ni-  
hil prodest peccatori, si seruus Dei dicatur.

Sicut non omnes qui dominum vocant, domini sunt, sed  
qui faciunt domini voluntatem: Sic non omnes qui in locis  
suis prædictant Apostolos, & Prophetas, & martyres, iam  
per hoc sunt cultores eorum, sed qui opera eorum imi-  
tantur, & fidem sequuntur.

### HOMILIA XLVI. in caput. XXIII.

**Vitiosus** Si tu vitiosum compares seruum, & volueris mores  
seruus. suos scire, nōnne pones ante illum saccum cum solidis, aut  
aliquem concupiscentem cibum, & siquidem seruus il-  
le incontinentis fuerit, & sine timore portrigat manum suam,  
& accipiat inde, nunquid male fecisti? Aut n̄ inquit tu  
coëgit illum, vt male faceret? Non, sed propalasti malici-  
tiam eius: Sic & Deus dans hominibus occasionem peccan-  
di, si peccare voluerint, non illos facit peccare, sed manife-  
stat pertinaciam cordis eorum.

**Serui péc-  
catores.** Num serui tui peccant, expolias vnum, & iterum par-  
cis ei, dicens: Nisi obseruaueris, hoc paſſurus es: ſimiliter fa-  
cis alteri: Non meliorantibus vero eis si incurrit vnuſ castiga-  
tur ſecundum peccatum ſuum, & videtur quidem pro omnibus ille ſolus castigatus, quia quod alij eſt, priuilegium, illi eſt  
reddiutum: Reuerata autem non pro alij, ſed pro ſe castigatus

## SIMILIA.

46

eft, quia ſecundum meritum culpa ſuæ caſtigatus eſt. Ille  
enim pro alijs dicitur caſtigari, qui alijs peccantibus ipſe caſ-  
tigatur non peccans: qui autem peccans caſtigatur, non pro  
alijs, ſed pro ſe caſtigatur: Sic & generatio iſta, Iudeorum,  
ſcilicet pro patribus videtur punita, quia illi territi ſunt, hi  
puniti. Verè autem non pro alijs, ſed pro ſe ſunt conde-  
mni: quia ſic peccantes iuſte dannati ſunt.

Sicut rex benignus audiens criminoſas personas, lege Benignus  
quidem compellente, ipſe mortis ſententiam aduersus eos rex.  
dicit, tamen misericordia iuſtigante lachrymas fundit ſu-  
per eos, & vult eos adiuuare, & non potest, contradicen-  
te ſibi iuſtitia: Sic & Dominus ipſe quidem mortis ſenten-  
tiam diſtabat super i v d a b o s, dicens: Ecce ego mitto  
ad vos Prophetas, & ex iſpis occidetis, vt veniat ſuper vos  
ſanguis iuſtus. Ecce ipſe eos miserabilis lamentatione plan-  
gebat, dicens: Hierusalem, Hierusalem. Nam Deus iuuitus  
compellitur cum magno dolore peccatores condemnare.

Sicut pulli gallinarum paſtum ſuum querentes, per diuer Pulli gal-  
la vagantur, & maternis vocibus congregantur ad iſlam, & linacei.  
iterum ſimpliſter paſcentes diſperguntur, & iterum mater-  
nisi vocibus congregantur: Sic & populus Dei carnalem volu-  
pitatem, & mundiam concupiſcentiam ſequentes, per diuer-  
tos vagantur errores, quos ecclēſia mater per ſacerdotes mo-  
dō increpatiōibus, modō blandimentis, quaſi quibusdā vo-  
cibus congregare, & alleſtare festinat.

Q uemadmodum gallina habens pullos, vocando illos Gallina.  
non ceſſat, vt aſſidua voce vagitatem corrigit pullorū ſuo-  
rum: Sic & ſacerdotes in doctrina ceſſare non debet, vt stu-  
dio ſuo, & aſſiduitate doctrinarum ſiuarum negligentiam po-  
puli errantis emendent.

Q uemadmodum gallina habens pullos, non ſolum ſuos Gallina,  
calefacit, ſed etiam cuiuscumq; volatiliſ filios exclusos à ſe dili-  
git quaſi ſuos: Ita & ecclēſia non ſolum ſuos Christianos ſtu-  
der vocare, ſed ſue Gentiles, ſue Iudei, ſi ſuppoſeti illi fue-  
rint, & omnes fidei ſuæ calore viuificat, & in baptiſmo gene-  
rat, & in ſermione nutrit, & materna diligenter charitate.

Sicut corpus anima recedente priuilegium frigescit, Corp' ex-  
deinde putreficit, & ſoluitur: Sic & templum v eſtrum dei ſpi- anime.

ritu recente ab eo, primum quidem seditionibus & indiscreti plinationibus replebitur tyrannicis, quasi Deo iam illud non gubernante, deinde veniet ad ruinam:

**Insanabilis infirmitas.** Sicut ante mortem hominis insanabilis procedit infirmitas: Sic & ante ruinam hominis, aut loci alicuius, aut ciuitatis, inemendabilia procedunt peccata.

**Pulligalli.** Sicut pulli frequenter à matre vocati, quin non obaudierint, neque sequuti fuerint matrem, matre longius abeun-

**Accipiter.** te, aut venit accipiter, & dispersit eos, aut longius etragantur vt pereant: Sic & domino Iudeos frequenter vocante, quoniam non obaudierunt, neque sequuti sunt eum, recedente illo ab eis ad gentes: venit accipiter rex Romanus, & partem quidem eorum comedit famas & gladius, alij autem per singulas prouincias dispersi sunt, vt perirent.

**Membrum à corpore praeclsum.** Sicut membrum à corpore praeclsum vivere non potest, neque ramus arboris viridis esse: Sic & omnes haeretici praeclsi à corpore vnius ecclesie, nec vitam Christi in se habere possunt, nec viriditatem gratiae spiritualis, sed est ecclesia eorum deserta.

#### CHOMILIA XLVII. in caput x x i i i .

**Domus prolapsa.** Si pars aliqua domus fuerit decisiva, cum labore tamē posibile est vt reparetur: si autem ipsum fundatū fuerit conquassatum, quid faciat paterfamilias, nisi in aliquo loco noua faciat fundamenta, & lapides de priori domo transfundans, aliam sibi ædificet domum? Sic & in spiritualibus siquidem populares peccauerint, per poenitentiam corriguntur: si autem dissipatum fuerit ipsum sacerdotium, quod est populi fundamentum, quid faciat Deus?

#### CHOMILIA XLVIII. in caput x x i i i .

**Castam mulier.** Sicut omnis mulier quamdiu non admonetur à malis hominibus, non bene cognoscitur, utrum sit casta: si vero admonita, conscientiam velidem viro seruauerit, nunc merito casta laudatur: Sic ecclesiae fides non bene cognoscitur, nisi Antichristi venerint ad eam.

**Incendiū.** Sicut quā domus incendio comprehenditur, omnes latrones confurgunt, quarentes vnuquisque quod rapiat: Sic quā-

do casus specialiter tunc Iudeorum, aut generaliter, aut modicum Christianorum fieri coepit, omnes daemones spirituales latrones insurrexerunt, per suos ministros querentes vnuquisque quem perdant.

Homo circa mortem phantasias videt: Sic & mundus in Phantasia exitu suo multos patietur errores.

Sicut qui corporaliter oculos habet acutos, de longe pro Acutū certipicte venientem, an amicus eius est, an aduersarius: Sic qui nescientem à peccatis habet mundam, de longe consyderat, homo Dei est ille qui venit, aut homo diaboli.

Quemadmodum si rex in bello vicit atque fugatis ab Victus & alio rege, indueret indumentum regis illius vicitoris, & in par fugatus te sua erigit simile signum signo regis illius, vt ille populus rex vicitoris schema sui regis aspiciens, & signum partis ipsius, dum putat se ad proprium currere regem, incurrit in manus aduersarij sui: Sic & diabolus subornat ministros suos sub nomine Christi, vt volentes homines ire ad Christum, similiu mine nominis tenebriati, ad diabolum vadant.

Quemadmodum si quis in campo quodam tabernaculo circundatus sit, si aliqua surrexit tempestas ventorum, sonum quidem tempestatis audit, vexationes fyluarum videt ipse autem flatum non sentit: Sic qui intra iustitiam sedet inclusus, quando mundus concutitur, rumores turbationum audit, secularium miserationes audit, ipsum autem concusso mundi non mouet.

#### CHOMILIA XLIX. in caput x x i i i .

Dies mortis  
Sicut homo priusquam dies mortis eius aduenierit, latens.  
guere quidem potest, mori autem non potest: Sic & Iudea ante CHRISTVM vexata quidem est, perdata autem non est.

Aegrotus  
Sicut aegrotus in doloribus positus omni homini ostendenti sibi aliquid ad remedium, facile credit, non dijudicans personas medicantium, neque discussiones artificia eorum: Sic & tunc (nimium quum exurget pseudochristi) sancti in necessitate persequitionum positi, & quasi aegroti desiderantes refrigerium CHRISTI, omnibus referentibus aliquid de CHRISTO facile credent.

- Fumus Sicut fumus ante ignem præcedit, ante victoriam pugna: Sic & ante gloriam C H R I S T I , tentatio Antichristi.
- Aquilarū filij. Sicut filii aquilarum ad solem probantur, ut si quidem re-cto aspectu potuerint intendere contra radios solis, intelligan-tur esse legitimi: si autem non potuerint, cognoscantur adulterini: Sic & filii Dei ad C H R I S T I iustitiam compro-bantur: si enim potuerint pleno corde iustitiae verba susci-pe-re, intelliguntur esse legitimi: si autem non potuerint, cognoscun-tur de diabolo nati.
- Paterfamiliās moriēs Parafamiliās moriente, tota domus eius turbatur, om-nis familia plangit, & consolatīs tunicis suis, nigris se oper-riunt vestimentis: Sic & humano genere, propter quod fuer-ant omnia creata, circa exitum constituto, totus contristatur mundus, vniuersa coeli ministeria lugent, & candore deposi-to, pro vestibus, luctuosis tenebris vestientur.
- Tēpestas. Sicut tempesta suscitat nubila, nubila autem cooperiunt solem: Sic impiorum persequitio suscitabit trāggressionem, transgressio autem Christianitatis obscurabit candorem.
- Vernus fla-tus. Sicut in vernali flatu arbores laxantur in folia & fructus: Sic persequitionibus excitantur animæ ad virtutem.
- Silicernū, sic senex Sicut quando videmus senem hominem, scimus quia p-remodum morituru est, quando autē, nescimus: Sic & mun-dum quando perturbatum videmus, casum cognoscimus, diem autem ignoramus.
- Mors quo-tidiana. Sicut mortuorū se esse quotidie audiunt hoīes, nā quoti-die alios mortuos vident, & tamen non credunt se moritu-ros: Ita etiā audiunt peritura mundum, tamē non creditur.
- Grana. Nisi grana in cortice fuerint molita, & deposituerint corti-ces, & furture, & processerint secundum quod sunt abintus, quamvis aquam acceperint, non coniunguntur ad alterutru, vt fiat ex omnibus virus panis, quāuis & fermentatum acce-perint, non fermentantur: Sic & homines nisi moliti fuerint sub verbo, id est, catechizati, vt depositis corporibus spiritu-les efficiantur: quamvis & aquam baptismatis acceperint, quamvis verbum fuerit iu eos missum, sicut fermentum, non conueniant in idipsum, nec possunt sapere unum, vt unum corpus efficiantur, quia moliti non sunt.

Sicut inter duos lapides molares teritur triticum, & sepa Lapi-des ratur à cortice sua, & fit similago munda: Sic fideles in medio molares, defiserū quidem virgente se verbo Dei ad fidem, & iustitiam, inde autem verbo impio se compellente ad infidelitatem at-que peccatum, conteruntur, & carnalia sua vniuersa deponunt & spirituales efficuntur.

## C H O M E L I A L I . in caput x x i i i .

Sicut vas quādiū plenum est de aliquo, non recipit su-permissum: si autem vacuum fuerit, recipit omne, quod mit-titur: Sic homo quādiū occupatus est malis, non recipit bo-num, & quādiū occupatus est bonis, non recipit malum.

Sic paterfamiliās super possessionē suam villicum ponit, vt non cum singulis colonis habeat causam, sed de solo villi co omniū exigat rationē: Si ergo inter colonos aliqua indis-ciplinatio fuerit cœda, vniusquisque pro suo delicto reus effi-citur, villicus autem pro omnium delictis. Esi bene redditū sum reddiderint, vniusquisque quidem pro sua fide laudatur villicus autem pro fide omnium remuneratur: Sic & deus in populo, ideo ordinat sacerdotes, vt actuum eorum ipsi difcu-liant rationem. Ideoque peccante populo vniusquisque quidē pro suo malo punitur, sacerdotes autem pro peccatis omniū. Et bene agente populo, vniusquisque quidem pro suo bono remuneratur, sacerdos autem pro bonis omnium.

Sicut semper pluia bona est, maximē tamen grata est Pluia, tempore fūcitat: & visitatio amicorum semper quidem sua uis est, multo tamen suauior in tempore luctus: Sic & confo-latio sacerdotis, & doctrina semper opportuna est, maxime autem in tempore persequitionis.

Sicut natus tunc præcipue gubernatorem necessariū ha-bet, quando tempestatem patitur, quando autem prosperata naus gu-bernator. ipsa se dirigit: & miles tunc præcipue necessariam habet annoam de rege, quando bellum & periculum instat: quādo autem pax, vnde cunque possunt se milites sustentare: Sic ecclesiæ, præcipue in tempore persequitionis, doctrinam fa-cerdotis necessariam habent, quasi spiritualis milites spiri-tualalem annonam: quando autem securitas est, vnicuique na-turalis sufficit intellectus.

Sicut tubicina commissio bello pugnantem exercitum cir-Tubicina.

cuit, & bellicos cantus in tuba decantans, milites animatae ad virtutem: Sic & sacerdos per se cutione imminente exponens in populo fortissimorum martyrum gloria pericula, & incen- narrabiles regni celstis coronas vincentibus præparatas.

**Infantium** Sicut infantibus esca mutatur secundum æatem: Sic in doctrina. populo secundum virtutem doctrina temperatur.

**HOMELIA. LII. in caput xxv.****Cibus.**

Quemadmodum quum manducas, & bibis, non anima manducat, sed corpus: res enim incorporalis corporali cibo non pascitur: Sic quum vir mulieri, aut mulier viro coniungitur, non anima copulatur, sed corpus.

**Lucerna.**

Sicut lucerna nisi ei subministratur oleum, extinguitur: Sic verbum fidei nostra, quod credentes accepimus, nisi assiduis nutritur doctrinis, aut meditationibus scripturarum, extinguitur, & non sat illuminat animam.

**Oleum.**

Sicut oleum lumen lampadis fouet: Ita opera bona subministrant confidentiam fidei, ac vigorem accendent.

**Obuiam  
iens.**

Sicut qui obuiam vadit alicui, in via stat, & expectat eum, quamdiu veniat: Ita qui credit in CHRISTUM, sic debet in hoc seculo viuire, quasi peregrinus, & non in suis, sed in transitu positus.

**Lampas.**

Sicut lampas non ex oleo accendit, sed ab igne, per oleum tamen nutritur, & nisi oleum ei subministratur, extinguitur: Sic & fides non ex operibus accendit, sed ex verbo Dei, & tamen per bona opera nutritur, & nisi subministratur ei opera bona deficit.

**Sponsus.**

Quemadmodum superuenturo sposo festinat se sponsa componere, ne forte ex aliqua parte displaceat sposo: Ita singuli semetipso iudicabunt.

**Deformis  
& langues**

Sicut virgo deformat & debilis sine causa se componit: Sic & peccatores in fine mundi frustra se præparabunt.

**virgo.**

Sicut rex cum tyranno bellum facturus, si voluerit aspicere exercitum, & considerare arma illorum, iubet mitti tubam, ut fiant admoniti. Tunc omnes milites festinant arma sua aspicere, ubi fit gladius eius, ubi lorica sit posita, ubi latens scutum, & qui securitatis tempore arma sua studuit immaculata custodire, paratus & laetus currit ad inspectionem: & qui tempore securitatis gladium suum euaginare dimis-

rit, aut loricam sordescere, scutum frangiri aut rumpi, quem audiērit tubam, & ipse quidem excitatus timore festinat linare gladium suum, detergere loricam, ligare, aut stringere scutum, sed non poterit celare negligentiam suam, quem virgines necessitas non permittat longi temporis opus implore: Sic & domino absente malus seruus non aspicit opera sua, quid facit, quid non facit, aut quomodo credit: nec cogitat quia venturus est dominus eius, & opera perspecturus, & fidem: Sed quum viderit eum venientem de longe, tunc aspicit opera sua, tunc incipi festinare, sed nihil ei perdit festinatio, quia multorum dierum negligentia non potest una hora expleri.

Sicut infuso oleo augetur lumen lucerna: Sic qui sibi mente conscientis est, consideratione operum suorum bonorum ipsum confortat.

Sicut subducto oleo, minuitur lumen lucerna: Sic sibi male conscientis, consideratione operum suorum malorum se confundit, & infidelitari suæ addit adhuc diffidentiam.

**HOMELIA. LIII. in caput xxv.**

Sicut qui seminandi causa accipiens semen, tempore seminationis non seminauerit, damnum facit domino suo, & si non perdidit semen, est tamen tantum damnum, quantum poterit lucrum facere, si opportuno tempore seminasset: sic qui accipit fidem Christi, & in hoc seculo seminationis non fuerit operatus iustitiam, & si fidem suam non perdidit, tamen tantum videtur peccasse, quantum potuit iustitiam facere, si non neglexisset.

Sicut pecunia haec corporalis quidem, si sit in sacculo inclusa, ipsa est semper sola: si autem fuerit agitata de manu in manum, vnu ipso multiplicatur: unde vñtra dicitur ab vñ: sic & fides Christi, si quidem ociosa teneatur in corde, non solum ipsa manet, quaeruntur, sed adhuc minoratur in otio, & torpefit, & segnis efficitur, & paulatim per actus cariales existimat ad nihilum vadit: si autem ex exercitata fuerit scripturis, & loquitionibus assiduis sufficiata, operibus bonis virtutifica: non solum dico multiplicabitur: sed nunquam desinet crescere, donec vivet homo.

**HOMELIA. LIII. in caput xxv.****Oleum****Male sibi  
consci.****Pecunia.****Vñtra.****Gj.**

## IOANNIS CHRYSOST.

**Agricola** dum transferant in cœlum, tale quiddam faciunt, quale si agricola accipiens frumentum terra fertili semenandum, vbe- rem quidem agnum relinquat, in lacum vero frumentum om ne demergat, ut eo nec ipse potiatur, & frumentum sui corruptione depercat.

### HOMELIA VI.

**Ruinosa domus.** Itaque his similes sumus, qui quum male maceriatam ac ruinosam videant domum ipsam, quem restringere negligit amplos autem ei hortos in circuitu præparat: aut illis qui quævis morbo conficiantur, cura tamen valetudinis neglecta aureas sibi vestes contexunt: aut mulier, quæ cum aduersa valitudine nimium labore, nullum agrotatioq[ue] remedium, sed ancillas & ornamenta, ceteraque huiusmodi persuademus sibi studeat comparare: Non aliter sane nos, cum anima nostra modo in furore, modo cupiditatis ardore, nunc mal edicendi studio, nunc inanis gloriæ iactatione mirabiliter vexetur, ac humi iacens, ac secum ipsa dissidens, ab innumeris lacereatur feris, non ut ipsam curemus, sed ut magnificas ades construamus, & gregem seruorum, ceteraque huiusmodi acquiramus, omni studio atque cura vigilamus: Et si vix fugā à cauea cooperit, domos præcludimus, vicos obsidem⁹, ut inter cepta ne mini noceat: Nunc vero cum non una bestia, sed multa atque obsecnæ cogitationes omni bestia ferociores animam nostram lacerent, nec sentire quidem videmur, & urbium sanè habitatio adeo prouidemus, ut vel in desertis locis, vel in valatis atque munitis atrocem feram coereamus: in anima vero nostra, ubi locus consilij est, ubi regia scdes ad regale, solū omnia perturbantes magna licentia concidunt: properea ad inferiora depelluntur, quæ superius stare debebant: omnia simul turbata conquassantur, urbana suburbanaque, quæ intus, quæ foris sunt: ciuitatiq[ue] similes sumus, quæ barbarorum incursum conturbatur, aut auiculis, quæ draconem ad nidum serpente trepidæ ac conturbata circumiuolant.

### HOMELIA IX.

**Seruus debitor.** Ponamus aliquem seruum multarum pecuniarum, proprio domino esse debitorem, vim quoque perpeti ab inquis hominibus, hunc seruū & aliquanta eorū, quæ habebat amittere. Si igitur dominus valens cohærcere raptorem, nō quidē

## SIMILIA.

51

seruo restituat erupta, sed cuncta tamen quæ perdidit sibi il la computet reddidisse, nonne etiam lucra damni occasione collegit? Q uod certe ab omnibus probatur absque ambiguo. Hoc & in nobis, quum iniuste aliquid patimur cogitemus, quia scilicet pro illatis iniurijs nobis remissionem accipiamus omnium peccatorum, aut si in vobis tanta delicta nō fuerint, clarioribus honoremur coronis.

### HOMELIA VIII.

Vt si quis ægrotum, quem ad sanitatem reduxit, iubeat il Aegrotus. Ia non facere, ex quibus morbus ille contigerat. Ita etiam post baptismum, ieiuniū cōtraria vitiū edacitatis induxit dominus. Nam Adam de paradiſo intemperantia ventris execit.

### Homilia. xiiiij.

Sicut qui pœclara veste induitus est, fugit omnem fodi. Vestis. dam rem, nō coinqnit cam, & p[er]dat gratiam candoris ei⁹. Sic qui suscipit Deū in corpore suo & spiritu, sollicitus esse debet, ne forte cōtaminet eum, sciens quia si cōtaminatus fuerit in nobis, ipse quidē in sua natura manet cōtaminabilis, tamē cōtaminatiōis injuriā grauiter iudicabit nostro interitu.

### Homelia. x.

Altissimo torporis sopore deprimitur, & illudentia nobis Sopor. phantasmata somniamus, quasi nocte omnino profundiſſima soporati. Nihil siquidem a somniū vanitate praefantium differunt rerū figurae, siue illæ tristies, siue sint prosperæ. Exurgamus igitur a lono teterimē isti⁹ noctis, ut possim⁹ sole vide: Nemo enim sole dormiēs intuetur, nec radiorū ei⁹ decore oculos illuminat, sed cuncta quæ se opinantur videre, figmenta sunt somnij.

### Homilia. xvij.

Sicut ex diuersis itineribus venientes ad unam mansionē Itinera. contendunt: Sic & Euangeliſta ex diuersis occasionibus loquentes, in unum sensum ingrediuntur.

### Homilia. xvij.

Quemadmodum nos quum gladium à puero teneri vi- Puer gla- deamus, etiam si nōndum vulneratum cum cernamus, verbe- diū tenēs. ramus tamen, ac ſepe minantes denunciamus, nequando il- lum rursus contingat: Ita etiam Deus inuercundum coeret aspectum, nē quandoque in ipsam quoque incidat actionē.

G ii.

## HOMILIA XXVIII.

Lutum.

Vt lutum farinam, acetum vinum corrumpit: Ita mali homines bonos, discedemus ergo à Babylone.

Rex.

Si terrenus forte rex dicaret non posse diuitium quāpiā in ipsis fulgere regno, aut aliquo decorari honore: nūquid nō certat omnes ab iaceret in honorata diuitias? Si ergo apud terrenum regē, honorem nobis auferrent opes, continuo despicabiles fierent: regē vero coelorum inclanant nobis ac di cente, quia difficile sit nos cum diuitijs, diuinæ illius habitationis vestibulum intrare: non impendimus omnia?

## HOMILIA XXXI.

Vinctus.

Sicut cum aliquem videris vincitum certice, manibus pendibusque ferratum, propterea illum maxime miseras: Sic etiam cum videris diutinem cunctis rebus omnino circundatum, noli eum propter illa putare locupletem, propter quæ debes infelicem vocare. Prater illa siquidem vincula, habet custodem carceris sauiorem amorem pecuniarum, qui semel a se vincitum, nequam de hoc carcere exire permittit, sed milie illi imponit catenas & ostia, & seras atque custodias, in interior em illum conjiciens carcerem, etiam delectari his vinculis facit. Et si intenta mentis acie animum inspexeris, non modo ligatum, sed & squallidem atque ferdentem, aceribus plenum videbis.

## HOMILIA XVI.

Acutumvi dنس.

Sicut quanto acutius viderimus, tanto magis discimus, quam longe à colli regione distamus. Sic etiam quanto superius ad virtutis ascēdimus excelsum, tanto amplius docemur, quam sit inter nos & Deum grande discrimen.

Oculus.

Quod oculus corpori, hoc intellectus anima. Si enim nequam prorsus eligeres ornari auro, & serica veste circumdati, oculisque fecardi, sed horum procuidubio sanitatem desiderabiliorē rebus omnibus iudicares, quæ si tibi certe depereat, nihil te iā tota vita delectat: quanto hoc magis pro oculis mentis debes efficere? Sicut enim postquam corpori lumen oculorum lumen extinctum est, omnia iam membra in miseria versantur: Sic etiam in anima intellectus cōseruemus salutem. Si vero cæcamus istum, quo alijs quoque debemus

Iumen inferre: vnde iam ipsi poterimus aspicere? Sicut enim qui caput ipsum fontis obstruxit, totū simul exiccauit & flu- Caput fontis: Sic etiam qui oculum mentis tenebris obduxit, omnes tis. quoque vita istius actus vna confusione cœcauit. Si enim lu men tenebre quantæ erunt? Quando enim lucerna extingui Lucerna tur, quando gubernator mergitur, quando dux ipse capit, Guberna que tandem obedientibus supererit ipes salutis? Intellectum tor. dedit nobis Deus: vt ignorantiam fugemus ē mentibus, vt te- Dux. Etum teneamus iustumque iudicium, atque ad alia huiusmo- Socratica di dirigamur, & contra diuersarum impugnationum varios inductio. incurius hoc quasi scuto vii ac lumine, maneamus innocui at que muniti. Nos vero tantum hoc Dei donum temere pro dim⁹ propter superflua ac vana prorsus. Quid enim prodest auratis armis milites resfulgere, cum ducitur rex ipse capti- uis: Q uod lucrum est ornate depictæque nauis, cum ipsis mergitur gubernator? Q uae nam illa est bene compositi cor- poris pulchritudo, cum facies oculos amisis? Q uemadmodū igitur si medicum (cuius ad aliorum ægritudines depellen das sanitas necessaria est) ipsum in egreditinem mittas, & in de aurato cubiculo lectulōque argenteo iacere præcipias, nihil proficiet omnino languentibus: Ita etiam si mentis prin- cipiale corrumpens, quo scilicet ingruentibus potes vicijs re pugnare, thesauro feceris affidere, nihil omnino profeceris, sed totam prorsus animam læseris.

Auarus cactus est. Amor nanque pécuniarum pupillam Auarus. mentis tuae quasi quidam malignus humor influxit, densam que iam nebulam prorsus operatus est, sed & disrupti atque dispergi hanc nebulam facile est, si scilicet radium doctri- na Christi volueris exhortantem admittere dicenter: No- lite thesaurem vobis, &c.

## HOMILIA XXXII.

Vita nostra ludus est, & forte quid deterius. Non enim tendit ad risum, sed intolcabilem quoque portabit dolorē eiis qui mores suos non mature & diligenter instruunt. Quo enim distamus à pueris, ludendi gratia casulas ædificantibus, nos qui ampla prætoria & clara constituiimus? Q uae autem est dissimilitudo inter eorum prandiala, ad ludum parata: & nostra hæc spléndide & delicate apparata cōtinua? Nulla pla-

ne, nisi quod ea que nos ad supplicium nostrum sepe facimus, illi imitantur ad ludum. Nondum venimus ad matunitatem virorum, quod cum venerimus, intelligemus haec esse omnia puerilia. Nam & illos cum ad virilem etatem transimus, ridere consuevimus ob ea certe ipsa, quae cum pueri essemus, etiam studiosè credebamus esse facienda. Nam & testas aliquando & lutum saepius aggerantes, non minus gloriabamur, quam hi qui certatim amplas porticus & trichinia gaudent superba construere. Sed tamen peribant illa continuo & corruebant. Et sicut nos, parvulos de illa flentes destruetio & ridemus. Sic isti quoque viri nobis de hac subuersione moerentibus, non modo non rident, sed deflent. Quoniamque lusibus occupamur, ac salutem nostram ipsi despiciamus ac prodimus? Ut pueri, cum neglectis literis ad huiusmodi nugas sua studia conuentunt, durissimis verberibus subiacebunt: Sic nos quoque, qui in his rebus studium omne consumimus, cum à nobis spirituallum exigitur operum disciplina, nisi que reddenda crux habuerimus parata, horrenda illa supplicia perficeremus. Et haec quidem quibus nunc dediti sumus, cuncta pariter euangeliscem: quae vero ex ipsis poena colliguntur, immortalis erit & perpetua. Quod quidem accidere solet in parvulis, quorum puerilis illa constructio à patre tota subvertitur, ipsi etiam verberibus post lusus ad lachrymas conuertuntur.

## HOMILIA XXV.

**Ignis.** Sicut qui ignem obligati vestimento, illum quidem non extinguit, vestem autem comburit: Ita etiam qui in virtute positos persecubantur, comprehendebant ac saepius colligabant, illos quidem ex his omnibus reddebat clariiores, se autem omnino perdebant.

## HOMILIA XXVII.

**Morborum cause atque curae.** Quemadmodum medici grauissimorum morborum causas atque curam diligentius docent, ut in difficilioribus exercitati qui discunt, facile quid sibi in alijs faciendum sit intelligant: Sic diuina literae maxima delicta, in medium posuerunt, ut inde minora etiam committentes, facilius rationem curationis inueniant.

**Fortis vir.** Ita non aliter factum est, quam cum à barbaro quidam in acie fortis vir dimisso telo percutitus, neque id sc.

mel, sed iterum, atque grauius percessus, non cesserit, sed vnde sanguine profusus, magno in hostem impetu ruerit, confessimq; trucidauerit: Sic etiam David, quanto magis sanctum dices, tanto majoris illum animi ostendes, qui postquam ita misere depresso fuit atque deictus, velociter surgere, ac ante primam aciem stare, percussoremq; ipsum humili sternere potuit: quod quale quantumq; sit, hi maximè non ignorant, qui in summas peccatorum arumnas deciderunt: non enim ira magni excelsique animi ego iudico, si cum recte vadas, iter tuum fœlici cursu perficias.

## HOMILIA XXIX.

**Luxu perditus.** **Demoniacus.** Quomodo luxuria corruptus atque petulans, qui ad omnem corporis formam hiscit, a daemoniaco differt: non videtur nudus ambulare, sed corporeis quidem vestibus animalius est, veris autem vestibus priuatus, summa hominis glorria caret, non lapidibus seipsum credit, sed sceleribus, quae lapidibus duriora asperioraque sunt. Quis hunc inuare poterit? Quo sit, vt nunquam sit in seipso, sed in sepulchris versetur. Sepulchra sunt meretricum diuersoria, cum multo factore, multa putredine sunt repleta. Non minæ, non exhortatione ipsum ligare poterunt, omnia haec vincula spernit: Sic avarus, &c.

## HOMILIA XXXIII.

**Adolescens spectatiss.** Quantum malum sit aeternorum bonorum portione priuari, accipe Simile. Ponamus adolescentem aliquem esse mirabilem, eundemq; & cum florere virtutibus, & totius tenere orbis imperium, tamenq; in omnibus esse perfectum, vt vniuersos erga se homines patri ardere faciat affectu. Quid nam ergo istius patre pati existimatis libenti animo, ne talis filij priuetur alloquio, quod vero vel exigui, vel grande malum non esse subiturum, modo vt illi etiam videat, atq; illius praesentia perficiatur hoc de futura gloria cogitemus. Neque eum sic filius patri etiam si virtutibus mille decoretur, desiderabilis est, atque mirabilis, vt cœlestium fructus bonorum, ac resoluti & esse cum CHRISTO. Intolerabilis quidem res est etiam gehenna, quis nesciat? & supplicium illud horibile. Tamē si mille aliquis ponat gehenas, nihil tale dicturus est, quale est beatæ illius gloriose honore propelli, exosumq; esse Chri-

## IOANNIS CHRYSOST.

sto, & audiare ab illo, Non noui vos, &c. Est enim satius, milie fulmina sustinere, quam vultum illum mansu etudinis, pietatisq; plenum, nos tamen adversantem videre, & illos retus tranquillitatis oculos nequaquam nos aspicere sustinentes.

### HOMILIA XXX.

Arenosa terra.

Sicut terra arenosa, quæ quamvis pluviam suscepit, tamen quia nullis in se tinet humores, semper adhuc areret: Sic febricitantes quantumvis biberint, calore totu consummante, quod biberint, semper adhuc situnt: Sic & maligni homines quidquid boni viderint, aut audierint, infidelitate totum consummante, quod vident vel audiunt, semper vacui sunt, nihil retinent eorum que audita sunt.

### HOMILIA XXXI.

Concionator.

Sicut gaudet medicus, quando ad cum agricortantium multitudine prosequitur. Sicut letatur rex quando eum magni exercitus manu armata circumdat: Sic exultat sacerdos, quando eum audientium populus Magnus auscultat.

### HOMILIA XXX.

Dæmoniaci.

Nam æris quidem audi beneuelos, nisi vtile sibi sint imicos dicunt: Et liberum hominem si possent, libeter in servitatem suam redigerent. Dæmoniaci vero nihil huiusmodi faciunt, sed ipsi soli suo malo laborant, & illi quidem multas domos euentur, nomenq; Dei propter ipsas blasphematur. Communis ærurna ciuitatum atque orbis totius: Dæmonibus autem exagitati lachrymas nobis ita mouent, vt eorum facile mescriamur. Et isti non sentiunt plerunque quod agunt, illi præmeditati omnia faciunt, medijs viribus bacchantes, ac nouam insanietas insaniam. Quando enim omnes simili dæmoniaci tantum facinoris committunt, quatum Iudas solus commisit? Qui ad extremam iniquitatem turpi pecuniarum ardore deuectus est, pariterque omnes qui illius avaritiam imitantur, quasi feræ bestiæ à catenis soluta, cunctos homines nullo resistente perturbant ac lacerant. Et vincula quidem etiam his vindicant coniecta sunt, iudicij timor, legum terror, multorum odia, cæteraque huiusmodi: sed his raptis omnia perturbant, quod si quis hos nexus omnino ab eis auferret, tunc videres peiore hos dæmons, quæ dæmoniacos ac fortiore vexari.

## SIMILIA.

54

### HOMILIA XXXII.

Si ad imperandum regnandumq; hoc caduco mortaliisque Filius regno, filius tuus adisset, nolles eum inde redire, ut ipsum vi-gno desti-deres: nunc vero cum ad meliora maioraq; regna processe-rit, panis temporis absentia ferre non poteris? Noli ergo plo-rare: reddidisti enim depositum quod tibi creditum erat, non sis sollicitus, si vides in iniabolili ærario thesaurum tuum esse depositum. Q uod si etiam tam præsentis vitæ, quam futura conditionem intellexeris, & hanc quidem aranciarum tem-lam esse, atque umbram, illam autem immobilem, & aternam esse, non indigebis villa ratione.

### HOMILIA XXXV.

Illum abiisse in prata florentia cu putes, ingentes cur aduersum te fluctus sulcitas tempestatis? Hic autem fluctus præ-sentis vitæ pernaufragavit. Nihil mirabile aut nouum factum est: Nam eadem ipsa quotidie reuoluti videmus: die nox, nox dies, hyemem aestas, aestatem hyems modo præcedit, modo sequitur, nec plus quicquam est, & hec quidem eadem semper: Ita & homines moriuntur, unus post alium.

### HOMILIA XXXIII.

Cum nemo in arena scipium exercet, quomodo aliquis incertamine insignis erit, atque conspicuus? Q uis inquam athleta non ab incute adolescence in palestra corroboratus, potuit in Olympicis, excelso & magno animo aduersarium aggredi? An non oportet quotidie luctari atque currere? Nonne videtis eos quos certaminum athletas appellat, cum nullum forte reluctatorem repererint, ad saccum arena plenum vires suas excitare, iuniores cum iunioribus, quasi cum aduersario pugnam inire? hos imitari stude, ac ipse tecum alicui philosophiae instituta meditare, ac confirmare. Insurge contra passiones, vince animi labes.

### HOMILIA XXXIV.

Quemadmodum serpens totum scipium tradit nec mi-nimū curat, si corpus incidit, donec caput suum integrum servet. Eodem tu modo fidē si cætera perdidis cures, pro-fundas vniuersam tuam pecuniam, tradas corpus, vitę ipsius si opus est, minimè parcas, dummodo fidem serues, quæ ca-put est & radix, qua seruata, etiam si omnia perdas, omnia

Revolutio-

Athlete.

Serpens.

tamen rursus cum maiori magnificenter recuperabis.

## HOMELIA XXXV.

Animus.

Quoniam pacto, qui regem aliquando preciosissimo cultu ornātū, preciosissime vnde fulgetib⁹ lapidib⁹ cōspicati, alijs speciem illā, ac maiestatem enarrare volunt, p̄pūrē florem, gemmarum magnitudinem, albas mūlas, auratos curus solium adstantium, oculos nimio fulgore perstringere, p̄ viribus enarrant. Cum verbo & his, & alijs collectis cultum illum omnem, maiestatēque verbis comprehendisse sibi non videantur, continuo addunt, Q uid multis opus est? uno verbo dicam, quasi rex. Cū ex hoc verbo (quasi) non regi similem, sed ipsum regem velint significare: ita hoc in loco Evangelista, quasi, inquit, ad gloriae maiestatem, & incompa-

Singularis baptisimi efficacia.

Regi⁹ cul tus atque maiestas.

Quasi.

Optim<sup>o</sup> ar<sup>t</sup>abili excellentiam significandam.

Siquidem quemadmodum optimus architectus domum sibi & vetustate labantem: Ita communis hominum natura accepta, eius perditas restituit partes, disuncta & absissa copulavit, & que prorsus ceciderant, erexit.

Cæci oīm longe miserrimi. Nam si illi qui solis lucē conspicari nequeunt, omni morte vitam miserorē degunt, quid eos perpeti credendum est, qui illa luce priuantur. Siquidem in hoc seculo cœcitat dñ taxat damnum est, in illo autem non in visu tantum lœdimus quamvis haec sola priuatio sit grauissima, vt neque etiā sic par est supplicium: sed tanto id grauius, quanto sol ille, q̄ hic est sine comparatione prestantior.

## HOMILIA XII.

Verbi diuinī præceptores. Non enim eadem conditione, qua agricolæ, sunt verbi diuinī præceptores. Siquidem agricolæ post annos sudores & miseram illam laboriofamque vitam, si terra aliquando pro operis in se impensis non respondeat, nemo aliis eius dampnum instaurare potest, sed ridibundus, trifisque ab area domum vel vxores & filios recuertitur, & quem longi laboris mercedem petat, habet neminem: in nobis autem nihil huiusmodi viu venit, sed licet culta terra nullum afferat fructum & eius, & noster dominus vana nos spe dimisso non frustratur, sed remunerat.

Pulli auīū. Quemadmodum enim aues pullos suos neque eusestigio neque vna dumtaxat dic totam volandi artem edocent: sed primo è nido tantum educunt, inde quum aliquantulī quietuerunt, volatū eis assūfacere incipiunt, postridē ad operā reuocant, ita paulatim exercent ad naturalem eos efférunt altitudinem: Ita beatus Ioannes non statim ad summa Iudeos erigit, sed primum paululum à terra elcuat, quum Christum se meliorem testatur.

## HOMILIA X I I I .

Theſaur<sup>o</sup> abſconditum appellauit Salomon scripturas, quod oportet tanq̄ argentū, inquit, exquirere sapientiam & tanquam theſaurum perſcrutari: Ideo vt ad eorum inquisitionem nos excitaret: Sed & David orat: Reuelata domine oculos. Et Christus: Scrutamini scripturas, quod vtique non dixiſet, ſi per facile, & prima tantum lectione poſſent intelligi.

Quod enim in medio & in promptu est, nemo scrutatur: sed quod obſcurū & latet, opus habet in quiftione, vt inueniatur.

## HOMILIA XVI.

Est absurdū q̄ medicus, coriarius, textor, & omnes genrati opifex, quicquid pro artis ſuæ profeffione pugnat: Chriſtianus autem non poſſit ullam religionis ſuæ adferre rationem. Atqui illæ artes neglēctæ ad pecuniam dampnum referunt, huius autem contemptus, animæ detrimentum affert, & tamen tanta miseria, tanta infanția laboramus, vt in illas omnē curā, cogitationēque adhibeamus: neceſſaria autem & ſalutis noſtre munimenta firmissima, pro nihilo ducim⁹. Hoc nō ſint Cœtiles errore ſuum cognoscere, atque deridere. Nā quū ipsi omnia faciāt, vt dogmatum ſuorū ignominia defendat: nos autem veritatis cultores, ne hincere quidem ad noſtra tutanda poſſimus. Parati, inquit, ſemper ad ſatisfactionē omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt fide & ſpē: & iterum: Verbum Christi habitet in vobis abundanter.

## HOMILIA XVII.

Terra enim ſemel accepto femine mox proferit fructus, neque indiget altera ſatione: In aīa noſtra non ita viſu venit, Terra fructus frequent, & ſumma cū diligenter in ea ferēdū eſt, vt ſemel faltem fructum accipiat: priuina enim non facile inſident, & imprimuntur animo verba Dei, quoniam multa ſequitur difficultas, multis obſtruitur ſpinis anima, multi adiungent inſidatores, femina diripientes. Deinde quum germinat, & radices ſemina agunt femina, iterum indigent diligētia, vt ad maturitatem perueniant: & quum peruenient, vt integra perſtent, & a neamine ſædantur. In ſeminiibus enim quum ē vaginæ ſpica erumput, & rubiginem, & cætera noxia facile contemnit. In doctrina autem perfectum opus non unquam aliqua incurrēt, tempeſtas & fluctus perdidit, & rerum difficultate, & hominum qui ſcīnt, & volunt ſædere fraudibus varijs que alij tentationibus penitus labefactatur.

## HOMILIA XXI.

Non ita fluvialium fluctuum viſ ripas excedere, & conuclere ſoleat, vt delitiae laſciua quicq̄ bonā valetudinem, & vires omnes facile ſubtrahit. Vt tenuis mēſa bona valetudinis:

## IOANNIS CHRYSOST.

**Frugalitas** Ita voluptatis mater est crapula, & vt morbotum, ita fastidij & fons est & radix.

### CHOMELIA XVIII.

Neque sine sumptu lucrum, neque diuitiae sine larga effusione proueniunt, cuius rei argumentum in secularibus rebus videre licet. Si quidem mercator & agricola, ille pecunias, hic semina profundit. Mercator nauigando pecunias in multis impedit, ut deinde lucretur: agricola semina in terra iaciens, affiduo diei labore exerceat, ut plus inde accipiat. Hic autem non tanto opus est labore: non nauis fabricanda est, non ingredi boue, non terra aranda, non tempestates, non nactis intemperies, non vis crudelis timeda nulli fluctus, nulli scopuli offendendi. Haec nauigatio, haec satio, vna duxata re indiget, ut dispeasantur diuitiae, reliqua omnia agricola ille proficit de quo inquit C H R I S T V S: Pater meus agricola est.

### CHOMELIA XXVIII.

In huius seculi regijs nemo satellitum, ijs emissis, quibus coronato regi, & in solio sedenti placeat, gracilorum voces, muscarum & culicum obuolantium stridorem prosequitur. Ita & tu: Neque ijs villa ex parte potiores hominum laudes inueniuntur. Si spectaculum angelorum sanctorum contemplatus fueris, si illas coronas noueris, si ad illum plausum te transtuleris.

**Vermis.**  
**Rubigo.**

Quemadmodum vermis ligna ex quibus nascitur, & rubigo ferrum consumit? Ita inanis gloria alterice sui anima perdit. Spinarum est plena gloria multorum capitum bestia, & in eos quibus souetur, quibus suscipitur, armata.

### CHOMELIA LXXVIII.

Vana gloria est bestia varia & multiformis, & ubique primum virtus disseminat, pecunijs, delicijs, corporis pulchritudine, vestimentorum copia.

**Spiritalis**  
**scripturae**  
**arma.**

A scripturis enim spiritalia arma accipimus, verum si eas nos induere, & discipulos armare ignorabimus, ipsa quidem proprias habent vires, accipientibus autem nihil afferunt vitalitatem. Esto thorax, & galea firmissima, & clypeus & hasta; inde quis thoraca pedibus, galeam pro capite oculos aptet

## SIMILIA.

68

clypeo non peccus, sed pedes protegat, nra quid huic hominem ea arma quid conferant, & non potius ledent? Planè hoc constat: non tamen armorum culpa, sed illius vti nescientis: Ita & inscriptaris vnu venit, si earu ordinem confundemus, ipsa quidem vnu suam retinent, nobis autem nihil conseruit.

### CHOMELIA XXXIV.

Sepe grauide mulieres inter ludendum, & edendum, dñ Grauidus balneis, dum spectaculis oblectantur, repentinis torquentur mulieres doloribus: Hac & nos in hac vita, cōditione versamur. Simus ergo semper parati, non semper hæc audiemus, non semper habebimus beneficii potestatem.

### CHOMELIA XXXV.

Quemadmodum in auri metallis, ne mininam quidem venam quispiam, qui rem intelligat, omittere pacit, ut poterit. Veram quae ad augendas diuitias plurimum faciat. Ita in diuinis scripturis nevnum iota, aut vnu apex, sed ne dimidium quidem praetermittendum est, sed omnia diligentius inuestiganda: nam a spiritus sancto omnia proueniunt, neque in his quicquam superfluum, nihil non necessarium.

### CHOMELIA XXXI.

Spiritus sanctus ignis est, ut excitamentum, & fervorem gratia, & peccatorum absumptionem significet. Aquam dicit Spiritus. Eum, ut ablutionem & refrigerium, quibus ipsum accipientes ignis & animi fruantur. Etenim tanquam hortum virtem, & fructiferis, & semper florib⁹ arborebus comatēt. Ita promptā animam disponit, ut nulla anxietate, nullis satanæ insidiis distracta finat, sed omnia ardentia malitia tela extinguat.

Sicut si quis fontem intus habeat, nunquam sitiret: Ita & Fons, qui hanc aquam habuerit.

### CHOMELIA XXXVI.

Quemadmodum corpus iam aduentante morte, immobile Mors. ris malis afficitur, & domus prope casum in rimas fatigat: Ita orbis terrarum ad finem properans, tantis vindique malis concutitur.

### CHOMELIA XXXVII.

Anima enim affectib⁹ implicita, nequit profecto magnū aliquid aut generosum intueri, sed tanquam lippitudine quādam perturbata, in tenebris versatur. Meritis igitur oculos à Iiii

tam grauissimo morbo liberemus, illuminem⁹, nolim⁹ inter spinas semē iacere. Quænam hæc spinarum copia, nostis & si tacemus, sèpenumero audistis Christum præsentis vite foliæ luctuidines, & diuitiarū fraudes, spinas appclafie : & meritò fane. Nam quemadmodum spinæ steriles sunt: Ita & diuitiae. Quænamadmodū illæ quæ tangit, lacerat: Ita harū cupiditas. Quænamadmodum facile igne comprehenduntur, & odio habentur agricolis: Ita huius seculi negotia. Postremo, vt inter spinas feræ, viperæ, scorpij delitescunt: ita in fraudibus diuitiarum.

## HOMILIA XXXVIII.

**Timor.** Sicut qui Dei iudicij obliuiscitur, tanquam freno abieicto in precipitum defertur (inquinatae autem sunt viæ illius in omni tempore, & causam afferit, auferuntur iudicia tua à facie eius.) Ita quem cōtinuus hic percellit timor, modestè viuendi viam ingreditur. Recordare nouissima tua, inquit, & in aeternum non peccabis.

## Lampas.

Vt ardente lampade lux vndiq; diffunditur, ita extincta occupat tenebra, ideo ait: Nolite spiritū extingue. Extinguitur cū oleum deficit, cū vehementior quedam vis vte p̄flat, cū cōprehenditur, & in arcu cogitur: sic enim ignis extinguitur. Cōprehenditur à curis secularibus, extinguitur malis cupiditatibus. Quando olei defectu aquam frigidam superaddimus, hoc est, cupiditatem inustori animas perdentes, quomodo item potest accendi? Vbi hinc migrabim⁹, cinerem & pulnrem r̄fcremus, atq; fumū densiore, qui nos accusabit. Vbi fumus est, illuc necessari⁹ ignis extintus.

## HOMILIA LV.

## Sol.

Quod sol mūdo, hoc ocul⁹ corpori. Extincto sole omnia perduntur, & perturbantur: Ita amissis oculis, pedes inutiles sunt & manus, & animus: Ita oculus animæ. Quare vt in regio quodam loco altiori corporis parte, sedem sortitus est, & ceteris prefertur sensib⁹. Oculus lucerna omnium membrorum, ornat totum corpus.

## HOMILIA LVI.

## Membrū

Si membrum insanabile, metu ne reliqua corruptat, insanabile cedimus, non quod illud negligamus, sed vt seruem⁹ cetera: quanto magis in ijs qui male nobis iuncti sunt, idē faciendū.

## HOMILIA LXVII.

In corporibus multos sèp e videm⁹ incurabili morbo laborantes, imponemus medicamenta. Quid pro agro p̄ eius? Quid chiragra? incidē membra? minime: sed aliquid remediū disqueremus, ex quo morbum solvere possimus. Hoc idem in fratribus faciam⁹, & si grauissime ægrotent, curemus medicinam, & feramus inuicem onera, sic implebitus legē CHRISTI, & promissa bona consequemur.

## HOMILIA LXX.

Quemadmodum pueri viliū rerum spectacula admirantur & obstupefcunt, pilis, trochis, & talis inhiant, magnas autem res ne cognitione quidem capere posunt: Ita & peccatores præsenta reputant, mirantur ad somnia.

## HOMILIA LI.

Vt lux, ita Christianus claritate vitæ nihil obscuritatis in Lux se habet, non sibi tantū utilis est, sed alijs. Sal nisi salsum redat, non sal, sed aliud esse deprehenditur, Sic & fermentū in alios confert virtutem: Sic & nos.

## HOMILIA LV.

Si huius seculi lux tam pulchra est, considera qualis illa futura sit. Quantum enim solaris lux lucernæ lumen excedit, Solaris lux tanto, immo longe magis illa solarem, quod inde significavit, Sol obscurabitur, ad illius videlicet splendoris comparationem, vt non appareat. Quod si in hac vita vt splendidas nobis domos comparemus, magnam pecuniarum vim edificando anxi sumimus: confidera qui nobis subeudi sunt labores, vt clarissima nobis in celis domum ædificem⁹, vbi lux ineffabilis. Hic enim pugnae contentiones de terminis, de partibus, illic minime: haec relinqua, illa permanitura: haec tempore consumitur, & multis subiecta est periculis, illa prætu manet: hanc pauper sibi comparare non potest, illa duabus obolis quis emere potest, vt vidua illa. Quamobrem, quam immodesstissime fero, quod tot nobis propositis bonis desideremus, animo deficiimus, & vt hic splendidus habitemus, omnia facimus, vt autem in celo, patrum vel comparemus hospitium, nihil curamus vel laboramus. Dic quæsio, vbi hic domum habere velis, in deserto, an in aliquo parvo oppidiulo? nō puto, sed in regijs & magnis ciuitatib⁹, vbi retū copia,

## IOANNIS CHRYSOST.

Civitas & maior nobilitas. Ego tibi talem civitatem propono, cuius modissima artifex Deus, in quam dominum minori quam hic sumptu, minor labore condere atque adificare poteris. Aedificant enim manus pauperum, haec optima adificatio, & summa sapientia, sicut quam hic facimus, summa amentia. Etenim si quis te in Persidem, vieturum regionem illam, & mox reuersuri diceret, iuberetq; ut illic domum stueres, nonne eius amentia reprehenderes, ac si inutile suaderet impensam? cur nō idē in hoc mundo facis, quem paulo post reliquies?

### HOMILIA XXXV.

**Solares rati-** Vt enim solares radij singulis diebus illuminant, neque ex nimia copia vis eorum minuitur: ita, imo longe minus spiritus operatio ab accipientium multitudine remittitur.

### HOMILIA XXXVI.

**Infani.** Nam quemadmodum infani aduersus scipios nonnunquam sententiā ferunt: Ita & inuidi solum inuidiosi misericordiam disquirentes, cius felicitate & salute anguntur. Hi feris superiores illae enim fame impulsę nos appetunt, hi beneficos nonnunquam inimicorum loco habent.

### HOMILIA LXXVI.

**Cain.** Cain fratri inuidendo, nunquam odium posuit, sed quād frequentius à Deo admonitus est, tanto magis dolebat, magis cruciabatur, & properabat ad cædem. Hic ergo quād ille gravior morbus, qui nisi magna adhibita diligentia non facile remedia admittit? Eia igitur radicitus euellamus illum, scientes, quod quemadmodum alienis bonis inuidendo Deum offendimus, ita congratulando, ei gratificamur, & participes nos facimus honorum quæ recte operantibus reponuntur.

### HOMILIA LXXIX.

**Malitia.** Nam sicut malitia & viuentes, & mortuos affligit, & torquet: Ita virtus ante coelestis regni participationem, sectatores suos & spe bona, & incredibili founte voluptate.

### HOMILIA XLV.

**Aurum li-** Quemadmodum enim si quis liquefacto auro manum quefactū vel linguam injiciat, quād primum deauratur: Ita hac nobis proposita animam auram reddit. Resurgit enim vehementius igne fluvius, neque incedit, sed abluit tamē quic-

## SIMILIA.<sup>1</sup>

70

quid comprehendenter. Hic sanguis præfiguratus est semper in altaribus, in iustorum cadibus: hic orbis terrarum decus est, hic est quo C H R I S T V S emit, quo vniuersam ornauit Ecclesiam. Ut enim homo seruos auro emit: Ita nos sanguine suo C H R I S T V S.

### HOMILIA XLVII.

Quemadmodum enim cœnum si contrectatur, gra- Coenam<sup>1</sup> uis olet: Ita & anima cum perturbata est, & multis intrinsecus fluctibus agitata.

### HOMILIA XLVIII.

Neque enim febribus laboranti, neq; timido quisquam irascitur: sed his morbis affecti, sui misericordiani & lachry- Irati animas mouent: huiusmodi est irati animo, qui si in te proficiet, mus. tace, & opportunam ei plagam infliges.

### HOMILIA XLVII.

Etenim inter seculi homines, si quis militū præter regis Milites voluntatem facit, ad regē non admittitur, sed munere & dignitate exautoratus, ultimo afficitur supplicio: Itidē & nos cū cupiditatē scrūmus, cum rapimus, cum vim inferimus, cū verbaramus, cū nō facimus eleemosynam, illuc nullo pacto admittemur: sed id nobis, quod de virginibus accidit, quibus ad sponsum ingredi non licuit, sed extintis lampadib⁹, hoc Extincte est, gratia deficiente, abierunt: Etenim ignem illum quē spī lampades. ritus gratia statim accipimus, modo volumus, augebim⁹: fin minus, extinguitur, quo extinto, sola tenebrea animas nostras occupabunt. Ut enim ardente lampade, lux vindiq; diffunditur: ita extinta, occupant tenebrea.

### HOMILIA LIII.

Nam quemadmodum quercus altius demissis radicibus, Quercus nullius venti viribus sternitur: Ita animam diuino confixam timore, nullus temptationum ventus euillet.

### HOMILIA LIV.

Sicut enim vircs corporis moriātur, & omnē sensum amittit. Vires corrunt: Ita & anima cū multis detinetur affectibus, virtuti moriātur: & si quid attuleris, non sentit: sed sine supplicium, siue quicunque aliud minaberis, nullo sane sensu mouetur.

### HOMILIA LXVI.

Sit violentus quispiam tyrānus, qui omnes qui in manus

## IOANNIS CHRYSOST.

Violentus suas venerit, plurimus malis officia? Hic si vel regem, vel tyrannus. gium filium captum, iniuste interimat, illius mors etiam alios vlcisci poteris. Sit aliquis qui debitores postulet, verberet, in carcerem iniiciat, & hac infanía etiam nihil debentem coérceat, hic etiam eorum quae in debitores commisit, dabit pe-nam, interficietur ab illo: Non aliter in Iesu vsi venit: Eorum enim quae in nos fecerit diabolus, propter ea quae in Christum ausus est, postulatus est ad supplicium.

### CHOMILIA LXVII.

**Sol.** Quemadmodum enim sol debilem oculorum aciem perstringit, nō natura sua: Ita vsi venit in his, qui diuino non attendunt sermoni. Ita & Pharaonis cor induruisse dicitur, ita his accidit, qui verbum Dei oppugnant.

### CHOMILIA LXVII.

Corpus sa-na habitudinis, & alijs spē preftans, vili tamē induitū veste, an turpe, & morbis implicitum, ornatū tamen auro & pulchritudine cultū malles: Nōne naturale corporis pulchritudinem vestimentis p̄fseres? In corpore hoc sane p̄fserunt. In anima cōtrā, q̄ qui turpe, informem, & nigra habet, puta eam se auri splendore emendare. Q uānam hæc amentia? Internorem ornatū cures velim, & hæc monilia animæ apponas. Nā si ijs corpus ornetur, neq; ad bonā valetudinē, neq; ad formā quic quam conferet. Neq; enim nigrum corpus album reddet, nec turpe sp̄ciosum. Si anima id addideris, euſtigio eam pro ni gra candidam, pro turpi sp̄ciosam reddes.

### CHOMILIA LXXII.

**Limpidus fons.** Et quemadmodū si quis in limpido fontem stercus in-iiciat, totum immundum reddit: Ita si diuitias avaritia attige-tit, omnes fecore suo corrumpit.

### CHOMILIA LXXV.

**Afini.** Neque enim si afini in nos irruant, & inclangant gracu li, sapientes autem laudent, horum diuinissimo confessu, stultorū clamores nos moueant: Sunt enim graculis haud absimiles, & afinis peiores, qui presentia admirantur. Nam si terrenus rex te laudet, de cantharidum, & culicum laudibus cogitas. Q uousque in cōeno versabimur? Q uousque stultos & gula deditos spectatores habebimus?

## SIMILIA.

71

### CHOMILIA LXXVI.

Quemadmodum nauis inumeros vehens, nisi ad por-tum appellat, sed in medio pelago submergatur, non modo gium. ei longa proficit nauigatio, sed tanto maiore facit iacturam, quanto maiores labores subiit: Ita quae in medio certamine corruntur animæ, grauiori casu concurtiuntur.

### CHOMILIA LXXXII.

Quemadmodum enim si quis te pauperem vt diuitem appellaret, laudaretq; nihil ad te illæ laudes, sed potius in ri-sum verterentur: Ita si quis falsò calumniaretur, nihil id ad te. Falsò lau-datus.

Q uod si te conscientia reprehendit, nulla verba perturbent, sed vitam emenda, hoc in veris reprobationibus dico.

### CHOMILIA LXXXIII.

Nam sicut ad seruandam prolis successionem, Deus pro-creādi cupiditatem hominibus indidit, non tamen prohibes cupiditas. altiorem continentia viam: Ita & vite nobis infestit deside-rium, prohibens ne quis te interimat, non impediens tamen vt praesentem vitam contemnat.

### CHOMILIA LXXVI.

Si quis pro amicis aliquid passus gloriatur, si quis propter Deum quid tolerat, quam sentire molestiam putandum est? Oportet in rebus grauiis & molestis, non labores, sed pra-mia considerare. Quemadmodum mercatores, non maris Mercato-pericula, sed lucrum expectant: Ita & nos coelum & Dei pre-res, sentiam.

### CHOMILIA LII.

**S**i vnguentario quispiam, aut vnguentarie tabernæ affi-deat, etiam inuitus illum accipit odorem, longè magis, qui ec-lesia frequentat, si durus, asper fuerit, gemit, incipiet ali quando audita opere implere.

### CHOMILIA LVIII.

Scripturæ sunt ostium, qua nos ad Deum dicunt, & eius nobis cognitionem aperiunt, ipse, oues faciunt, ipse, cu-stodiunt, neque lupos irrumpere permitunt. Tanquam ostium enim firmissimum hereticos arcent, & in tuto confi-tunt, neque nos, modo velimus, aberrare inquit à finit. Et nisi hoc ostium infringamus, nunquam nos inimici nostri po-terunt expugnare: per hoc ostium & pastores, & omnes alij

Vnguenta  
ria taber-na.

## IOANNIS CHRYSOST.

ingrediemur in ouile, id est, ad oves, & curam earum. Qui enim scriptura non vitetur sacra, sed ascendit alii unde, id est, ut concessa via, ius fur est. Sic Pharisei alii unde ascenderunt, legem Dei transgressi.

### CHOMILIA LXXXI.

**Vultus.** Neque enim si quis vultus acceperit, & medicinam im-  
**Medicina.** posuerit, non diligenter alligabit, sed decidere permittet, ne-  
que aquam, puluerem, & alia vulneri contraria non cauebit,  
ne grauius malum sequatur: non medicinæ, sed propriæ defi-  
diæ culpa: hoc nobis accidere solet, cum diuinis sermonibus  
parum, secularibus semper attendimus: Ita semen omne suf-  
focatur, fructus nullus prouenit.

### CHOMILIA LXXXII.

**Morbi & fistulae.** Ut enim in morbis & fistulis, nisi quis prius fluentem  
humorem, & vultus fistat, quæcumque imposuerit medica-  
menta, non amota morbi causa, omnia frustrâ contendet;  
Ita & nos nisi manum ab avaritia, & malum hunc amorem  
cohieberimus, licet elemosynam demus, viam incassum la-  
boramus.

### IDE IN ACTA APOSTOLO-

#### R V M . H O M I L I A I .

**Milites armati.** Quemadmodum milites in multitudinem erupturos, ne  
mo patitur exire, priusquam armati fuerint, neque quisquam  
equos stuit à carcere profilire, priusquam aurigam nocte sint:  
Ita nec Christus discipulos suos paupl est in acie conspici,  
priusquam descendenter spiritus, ne facile caperentur, & ab-  
ducerentur à multitudine.

Etenim si quis adiuturus annonæ prefeturam, sibi parat  
quicquid ad vitæ usum pertinet, atq; vt sibi non nihil dignitatis  
assequatur, & pecunias consumit, & tēpus impendit, & innu-  
merabiles suffert labores: quo malo nos digni fuerimus, si cū  
tanta socordia regnum celorum adierimus, neque villa cura  
nos metipos ad hoc præparauerim⁹, priusquam accipiamus?  
quin & postquam acceperimus, socorditer egerimus.

Vtrum melius est, metuere an laborare? Si quis te collo-  
casset ociosum in domo ruinosa, dicēs: Expecta donec in ca-  
put tuum deciderit testudo iam putris, fortassis enim cadet,  
fortassis non cadet. Q uod si id non placet, operare, ac tuti-

## SIMILIA.

72

simum inhabita thalamū, vtrū magis eligeres, ociumne il-  
lad cum timore, an laborem cū securitate? Sic igitur & nunc  
facito. Si quidem in certis euentus futuri cui dōmus quādam  
est putris, semper ruinam minitans. At industria illa, quan-  
quām laborem habet, tamen spondet securitatem.

Ocum cf  
timore.  
Labor cū  
securitate.

Etenim si de rebus ad hanc vitam corporalem pertinent-  
tibus statuere volenti, nō permitterent leges ciuitatis ordina-  
re, si testari volens non admodum constet animo, praesertim  
cū de suis ipsius facultatibus prescripti ritus sit, quomodo qui  
de regno celorum docetur, dēq; bonis illis ineffabilib⁹, po-  
terit ad plenum viam percipere, frequenter & à morbo factus  
etomitus? Quando verò futurum est, vt illa verba dicas  
Christo, concepitus cum illo, quum iam sis mox abiturus?  
Nam factis & verbis oportet declarare benevolentiam.

Tu verò perinde facis, ac si quis turn postulat et ascribi mi-  
litiae, quum iam bellū est soluendum, aut si athleta tum vestes  
exuat, quando iam surgere coepint spectatores ē theatro di-  
scissuri. Si quidem in hoc arma sumis, non vt protinus aufu-  
gias, sed vt acceperis illis, ex aduersario trophaeum referas.

Si rex missis literis iubeat viuctos ē carcere dimuti, gau-  
dium est ac lētitia. Deus autem mittit spiritum ē celis, nō re-  
dimis. E carcere  
dimis.

liquias pecunia debitas, sed vniuersa peccata cōdonans, & om-  
nes fieris & ciuilatis?

### CHOMILIA II.

Quemadmodum quum videmus infantern plorantem,  
semperq; cupientem aliquid à nobis accipere, quo nihil illi Infans sem  
est opus, tū occultato portis quod cōcupiscit, ostēdimus illi per ploras  
manus vacuas: Ecce non habemus: Itidem & ille fecit apostolus semperq;  
lis. Sed quemadmodum puer ille si postea nihil ostendamus, cupiens,  
instat plorando, videns se esse delusum, deinde eo relatio di-  
scendimus dicentes, vocat me talis, & aliud quidem eius loco  
quod concupiscebat damus, volentes illi auocare ab eo quod  
maluisset accipere, extollentesque illud quod in alterius lo-  
cum damus, eo dato repente subducimus nos: Itidem fecit &  
Christus, illi quarebant accipere, hic negauit se habere. Atta-  
men primum deterrebat. Ceterū vbi rursus quererent, ite-  
rum negauit se habere, nisi quod nunc territat, verū postea  
quam ostenderat, quod fecerat, dicit etiam probabilem cau-  
sam, pater, inquit, posuit in sua potestate.

IOANNIS CHRYSOST.  
CIDEM IN EPISTOLAM  
AD ROMANOS.

Familia. Quemadmodum in familia aliqua ad diversa quisq; opera segregatus est: Sic & in ecclesia diversæ sunt administrationis distributiones.

Officia varia. Quemadmodum enim apud ipsos reges, omnes quidem viuis regnanti imperium agnoscunt, subserviunt autem non omnes sidem in rebus: sed illius manus est exercitibus imperare, huius verbes regere, ac dispensare, illius rursus pecunias eas afferuare, quæ in thesauros reconditæ sunt: Ita & in rebus spiritualibus, hic quidem suam in Deum servitutem accultum ostendit in fide ipsa, in recta vita propriæ dispensatione: Ille autem suscipienda hospiti cura, alius pertrahenda refū necessariū prefectura. Quemadmodū & inter ipsos apostolos, Stephanus munus erat, viduarū praesidiū, ac patrocinium; atq; hac quidem in parte Deo inferiebat: Alius portabat Euangelici sermonis præceptionem suscepserat, cuiusmodi erat Paulus, seruens in Euangeliō prædicando.

Ignis. Quemadmodum enim ignis naturam talent esse videamus, vt si quis multas in vnum lampadas coegerit, splendida reddit, & incendar lucem: Sic & in ipsis fidelibus ac creditibus vsu venit. Quum enim à nobis mutuò aulsi sumus, fit necesse quo paciò, vt incepsio res reddamur: quum autem mutuò nos conspicientes membris domesticis hiac inde impliciti, fit magna consolationem accipiamus.

Labyrinthus. Gryphi. Talis est enim cogitationum natura, Labyrinto ciupiam ac gryphis simili est, nullum vñquā finē habēs, neque concedens cogitationem stare supra petram, originem ab arrogantia, ac nimia sui opinione assumens: quum enim quoddam pudeat ad fidei susceptionem accedere, vt ne videantur cœlestia ignorare, ipsi se in cogitationum veluti quisquiliis, ac minutias coniiciunt.

Regales pecuniae. Quemadmodum igitur cui regales pecuniae credite fuerint, mandatum quæ acceperit, vt eas in regis honorem ad eos infundat: Is si in prædones, scorta, magos, eas infumperit,

SIMILIA.

73

hosque regiis pecuniis plenidos reddiderit, tāquam qui maxime regem offendorit, penas pendit: Ita & hi, quum acceptissimam notitiam de Deo, de qua cōgloria, deinde idoli: illa circumpolitent, in iniustitia veritatem detinuerunt, ac quod in ipsis quidem fuit, cognitionem iniuria afficerunt, quū ea ipsa, quatenus decens fuit, vñ nequaquam fuerint.

Pref: Quis

Quemadmodum enim si quis ex exercitu praefectus pre-exercitus. lio ingrauescere abscesserit, hostibus milites tradit: haud quā quām ipsos impellens, verum suo ipsius auxilio nudans: Sic & Deus eos dimisit, qui admittere ipsius præcepta noluerunt sed statim inter primos ab eo defecerunt, & ipse nihilomin⁹ partes suas omnes expulsus.

HOMILIA IIII.

Etenim qui insununt, ac phrenesim patiuntur, ij certè mulieras, & eas miserandas in semet iniurias dum inferunt, ob quæ Phreneticis facta alijs lacrymas cident, ob ea rident quidem ipsi, & infolescunt, nec tamen illos propterea dixerimus supplicio liberatos, sed hoc ipsi nomine peccata grauiori affligi, quod ne ipsi quidem norint, quibus quantisque in malis verlentur miseris: neque enim ab ægrorum, sed à sanorum calculo sententiam ferre nos oportet.

HOMILIA V.

Auersati sumus vocantem, & vndequeaque illestantem, ac ne sic quidem de nobis ille peccas sumpsit, sed accucurrit ipsi, ac restitantes fugitantesque inhibuit: ipsi tamen ab illius manibus excusati, ad diabolū transfigimur, ac ne sic quidem desit ille, sed sexcentos rursus qui nos hortarentur, misericordias angelos, patriarchas. At nos legationem non solū nō admisisimus, sed & legatos nobiscum agentes, iniuria affectimus. Ille autem nec per hoc quidem nos respuit, sed quod facere solent, iij qui vel vehementissime quām amant, negligunt Imperficiunt tamen, circuens ad omnes adiit, tum in celo, tum in terra simē amas sese manifestans, congressusque nunc cum Hieremia, nunc neglectus cum Michea, paratus etiam, cum ijs qui illum aduerterantur postulans ad rationis reddendæ calculos descendere, tum autem ad omnia fundos ad colloquium secum trahens, Popule mihi, inquit, quid feci tibi &c.

Ignauis famulis vñvenire in foro soler, vt minimi.

K

steris necessarijs posthabitatis, ad quæ peragenda à dominis suis amandantur, inconfito, ac temere sibi occurritibus affixi, oculi illic absumati: hoc ipsum sane & nobis quoq; accidentat necesse est, quoties à Dei mandatis aberramus. Stamus enim admirati diuitias corporis pulchritudinem, & alia item ad nos nihil pertinentia, illorum famulorū exéplo, qui medicis, moribonus, ac per prestigias quasdam miracula representantibus intenti, sc̄o domum vbi redierint, extremis plagiis ceduntur: multi autem & propositum iter pratereunt, lecuti alios, turpiter & inhoneste in huiusmodi facinoribus se gerentes. Nos verò caueamus, ne similia patremus, etenim dimisi quidem sumus ad multa, & ea virginitia, peragendas, qui si, omis̄ illis, sterimus oscitantes ad h̄c infructuosa, tēpore omni nobis frustra & incassum absimpto, extremā laetitia sumus supplicium.

Occultū  
crimen.

Si nostrum cuiusq; occultum crimen aliquod hoc ipso die in mediū d̄latum, huic modo confessū innotesceret, nō ne fieret, vt ille interire, ac terram sibi potius dehisce, quā tam multis peccatis sui testes habere mallet; quid igitur tum nobis fiet misericordia quum omnia orbi vniuerso palam facta, in tā aperto, tamq; illustri theatro denudata, hominū nobis partim cognitorū, partim incognitorū oculus subiicientur?

## Ignē mani

b<sup>3</sup> ac ligo

Si quem videremus ignem manibus ac ligonem gestatē, nē gestans hanc adē vñā cum altari demoliri, euertere, incendere, non ne fieret, vt ab omnibus ijs qui rē forte spectarent, lapidibus obrueretur tāquām impius, & exlex: quid igitur si quis flamam gestet, hoc quo vtimur igne edaciorem, invidentiam dicō, non lapidum adficia demolientem, neq; aurum alterare euertentem, sed quod longe & lapidibus & altari preciosius est, præceptorum adficiū subiuentem, & deuastantem, hic qua tandem venia dignus esse queat?

## HOMILIA VII.

Fœnecato  
res.

Etenim in fœnecatijs pecunij, hoc vñū venire videmus ut fœnecatores libētūs ijs debitoribus mutuas dēt pecunias, qui q; mutuo accepert, multo post tēpore soluturis sint. Nā qui protinus resolut, is fœnoris cursum interrum pit: qui autē in soluēdo seruus est, is quæstū maiore efficit: Itan ē verò ob-

rādis hominibus morā non agrēferimus: sed & modis omnibus maior illa vt fieri, ex cogitat<sup>9</sup>: obērādo autē Deo sic nos pusillanimes gerimus, vt hoc nomine tardemus, ac tergiueris

## HOMILIA VIII.

(mūr)

Deus diabolum habite voluit, tāquā p̄dēnē quem Diabolus piam ac tyrrannum, qui, nisi quem appr̄chēderit inermem & p̄dō. solitarium in suas speluncas descendente, accedere sāne nō su stinet, nisi nos per desertū locum it er facientes viderit, appro pinquare nō audet. Desertus autem locus diaboli, nihil aliud est nisi peccatū. Opus est ergo nobis fidei scuto, salutis gleba, spiritus gladio, nō vt ne malum aliquod patiamur tantū, sed vt illius caput irruere volētis obtuncemus. Serpentis forma gerit, deorum trahitur, ab inferiori loco depugnat, id est, à rebus quæ infra nos sunt, à voluptate, diuitiis, à secularib⁹ rebus. Si quē viderit volatu ad ccelū ferri, primo saltu eouisq; cōtingere haud quāquā pōt, deinde id aggressus, celeriter labetur; acque enim pedes habet, ne formides: non alas, ne ter rere, super terram trahitur, ijs quae intra sunt adhaereſens. Igitur nihil sit ibi cum terra commune, ac labore nullo egebis: neq; eum eam pugnam nouit quē aduerso vtrinq; cornua geritur, sed velut serpēs spinis occultatur, intra diuitiarum imposturam assidue latitans, qui si spinas incideris, facile aufigiet, timidus redditus, si & in illum diuinās incantationes cauere noueris, statim vulnerabitur: sunt enim nobis incanta tiones spirituales, ipsum nomen domini nostri Iēsū Christi, atque ipsius crucis potentia. Hęc ipsa incanta tio non solum draconem à spolijs abigit, atque in ignem cōjicit, sed & vulneribus quoque medetur.

## TIDE M SER MONE IN ILLVD

Apostoli dīctū: Oportet &amp; hæreses esse.

Arbores

Nam vt arbores bene & diligenter radicatae, vento bene radium vi cum aguntur hinc & inde, solidiores fiunt: Sic & be catē ne soliditas in fundamento veræ fidei animas, quæcumque inveniunt hæreses, reddit fortiores, tantum absit, ne sub uertant.

Nam qui oculis laborat, etiam à sole offendī consuevit. Ab oculis qui autesi sanus est, nec à tenebris incommodatur. laborās.

Kij

## IO ANNIS CHRYSOST.

Et quasi hi qui ad magnos quosdam principatus accersiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem substantiam suam in pecuniam commutant, & sic illò migrant: Ita plani & tunc fabiebant homines illi ad celum vocati, & ad supernam metropolis, & regnum quod illuc est. Nam persuasum habeutes illic esse patriam, omni substantia sua in pecuniam commuta-  
ta; pecuniam per Apostolorum manus illò præmiscono.

**Radix.**

Sicut radix in pingui plantata solo, quæ nobis singulis annis tempestiuos affert fructus. Sic & pecunia in manibus pauperum plantata, non solum in singulos annos, sed & in singulis dies spiritualis nobis fructus affert, fidentiam scilicet in Deum, peccatorum abscessum, conscientiam bonam, latitudinem spiritualiæ, spem iucundam, aliquaque bona quæ praeparauit Deus diligentibus sc.

## ¶ IDEM IN PRIMO AD CORINTHIOS CAP. X.

Quid dico communionem? ipsum illud corpus sumus Christi, non corpora multa, sed corpus unum. Quemadmodum enim panis ex multis constantis granis, ita comppositus est ut nusquam grana videantur, & sunt quidem grana, sed propter coiunctionem nullo discrimine discernuntur: Ita nos quoque & inuicem, & Christo coniungimur.

## ¶ SERMONE SUPER DICTVM

Apostoli: Quem subiecta ei fuerint.

In alijs certaminibus laureas referunt, qui vicitores redunt at in disputationibus diuinis, scilicet debetur corona, qui le rei magnitudine vicitos ingenue fatentur.

## ¶ IDEM IN EPISTOLA AD GALLATAS CAP. I.

Vbi sunt igitur, qui nos vt contentiosos dominant, et cum hereticis habemus dissidium, dictitantque nullum electionem inter nos & illos, sed ex principatus ambiu profici sci discordiam? Audiant quid dicit Paulus: Nimirū illos subvertisse euangelium, qui paulilù quippliā rerum nouarū immixerant: Iste vero non simpliciter pusillum, qui filii Dei predicant esse creaturam, sed quod est omnium maximū, immutat. An non audisti, quod is qui veteri quoque testamēto, sabbato ligna collegerat, vincū mādatū, nec id maximū trāgressus, ex-

**Panis.**

**Victores.**

**Heretici.**

## SIMILIA.

75

tremo affectus est supplicio? Quodque Oza, qui arcam alienam subuertendam fulcit, è vestigio mortuus est, eò q̄ minime rū ipsi nō cōgruēt. Ergo subbatū violatū, & sol arca nūtrita cōstat, ad tārā indignationē provocauit, vt qui hac aut si fuerat, ne minimū quidē veniā sint cōsequuti: hic vero qui adorādā & ineffabilia dogmata corrūpit, excusationē habiturus est, & veniā cōsequetur? Nō potest hoc fieri, nō potest inquā. Hoc ipsum igitur est omnī majorum causa, quod ob pusilla non indignatur. Ob id enim maiora scelerata subiungunt, q̄ minoribus debita correccio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui vulnera neglexunt, febres gigunt, & putrefactiones, ac mortem denique: Itidem & in animaliis, qui pusilla dissimulant, maiora inuitant.

## ¶ IN CAPUT II.

Quemadmodum enim peccatum, si vicerit, ipsum est q̄ virtutis in homine, animū ad quæ vult pertrahens: Ita si illo mortuo, quæ Christo sunt placita, fiant, nec humana deinceps est eiusmodi vita, videlicet ipso Christo vivente in nobis, hoc est, agente ac dominante.

## ¶ IN CAPUT III.

Quemadmodum si lucerna quæ noctu præluxit, iam orto die, vetet nos obtueri solem, non solum non præstaret officium, verum tam laedaret: Itidem & lex, si obstarerit ad meliora pergentibus.

## ¶ IN CAPUT III.

Quemadmodum qui perpetuō mitigat in medicando, remissum hominē facit: Ita semper asperis vti sermonib⁹, magis exacerbat hominē. Eoque bonū est vbiq̄ moderatis vti.

Verū hunc in modū nō loquitur, sed aliter: parcit enim ille, nec vult ferre, nec vulnera vulneribus addere: quā admittit cruditi medici eos qui in longum incidūt mortū, nō p̄ medici. tūnus ac semel, sed ex interullo curant, ne despondentes animi, pereant: Sic & hic beatus. Nam & hi parturientis dolores hōc sunt acriores, quō maior erat affectus charitatis.

## ¶ IN CAPUT V.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, scortatio, adulteria, immundicias, lascivia, beneficium, simulacrorum Operac cultus, inimicitiae, contentio, emulatiōes, ira, concertationes, n̄is.

k iij

**Vulnera  
neglectus.**

**Peccatum.**

**Lucerna.**

seditiones, hæreses, inuidia, cædes, ebrietates, commissationes & his similia, quæ prædicto vobis, quod qui talia faciunt, non erunt hæredes regni Dei. Hic iam mihi dico tu, qui carnis accusator es, & arbitraris haec ob similitatem & discordiam esse dicta: Sit adulterium & scortatio carnis, iuxta vestra opinionem, inimicitia, contentio, æmulationes, concertationes, hæreses, veneficia, cuius erunt? Nam haec tantummodo sunt corruptæ voluntatis, nimis ut cætera, quomodo igitur erunt carnis: vides igitur quod haec non loquitur de carne, sed de terroris cogitatione, quæ humi serpit, & quæ terrorem ingerit dicens: Qui talia faciunt, regni Dei non erunt hæredes. Quod si haec essent naturæ male, non voluntatis pravae, superflue dividisset faciunt, non patiuntur. Huius autem rei gratia etiæ exulant à regno cœlorum. Neque enim ad ea quæ sunt naturæ, sed ad ea quæ sunt voluntatis pertinent vel coronæ, vel supplicia. Quapropter etiam haec minatur Paulus.

**Athletarū delectus.** Quemadmodum igitur si qui athletas deligit, sive nabo adunco, sive fimos, sive nigros, sive candidos eligat, nihil refert ad probationem, sed illud unum spectandum est, ut validi doctique sine: Ita qui ascribendus est in nouum testamētum, huic nihil nocent haec omnia corporalia, si absint, quemadmodum neque iuvant, si absint.

**Ignis ad- motus ce- ruz.** Quemadmodum enim ignis admotus coræ, facilè molit eam: Sic & amoris calor, rerum fastum & arrogantiam, vehementius quam ignis soluit.

#### IN CAPUT VI.

Sicut enim aurum videtur quidem esse splendidum prius quam mittatur in fornacem, verum ubi traditum fuerit ignis, Adulteri - vero certo dignoscitur, eo quod adulterium est, ab eo quod nū & syncer est syncerum, separato: Sic & nostra opera, ubi diligenter exari aurum, minaueris, tum euidenter retengentur, videbimusque nos ipsos multis criminibus obnoxios esse.

**Sementis.** Quemadmodum enim in semente, qui seminat, non potest ex ordeco metere triticum, eo quod oporteat & sementem, & messim eiusdem esse generis: Sic & in operibus. Qui in carne deposituerit delicias, temulentiam, concupiscentiam absurdam, quæ hinc prouteniant metet. Quæ autem sunt ista supplicium, yltio, probrum, risus, corruptio.

**Messis.**

Quemadmodum enim qui in luctu aliquem incidunt, aut aliquem ex sinceris amicis armiferunt, aut alioqui Malum ali malum aliquod subito exortum ferunt, neque noctu quietem quod subiugunt, neque interdiu, luctu peccati illorum obsidente. Sic & tō exortū beatus Paulus paucis loquens de morib⁹, denād reuerterit ad superiora, quæ maximè discruciant ipsius animum.

Quemadmodum enim diuites sportulas mittunt egenitibus, quod sic, quando & ipsi in egescatem inciderint, eadem mittenda ab alijs conseqvantur: Sic & nobis est faciendum.

**Sportulae .  
egentibus**

Sicut enim in structura domus non omnes lapides eundem habent locum, sed hic quidem in angulum est accommodatus, ad fundamenta non item: ille contra ad fundamenta commodus est, non item ad angulum: Itidem sanè est in corpore, quod est ecclesia. Quid & in nostra carne licet idem cernere, attamen aliud membrum ab alio toleratur, nec ab omnibus omnibus omnia requiri mus. Nam ex communī facta collectio, & corpus, & adiunctum constituit.

Quemadmodum enim equi freno mortigeri, omnia ex Equi morte facientes, non opus habent sentica. Sic & anima quæ immigreri, pulsu spiritus recta facit, non eget admonitrice lege.

Vt enim in corpore si quis ab omnibus membris cuidebit No ab omnibus postulet suum, nunquam constiterit corpus: Sic & fratres gratiæ omnibus omnia bellum erit, si ab omnibus omnia requiri mus.

**repara-**

#### CIDEM IN EPIST. PAVLIC

#### AD PHILIPPENSES

#### CHOMILIA I.

Ne verò si semel atque iterum dederimus, existimemus nos totum beneficentia munus explesse. Per omnem enim vitam hoc agendum: neque enim latissima est semel cum laude perpetuam gerere, sed perpetuam. Etenim qui in stadio postquam debet agere dolichos circurrit, si post deficiat, totam laudem perdidit. Et nos si semel aggressi bona opera, postquam defecerimus, totum amissimus, totum perdidimus.

Quemadmodum diutium filii ornatus gratia aurei monile gestant in collo, nec id unq̄ deponunt, veluti nobilitatis si. Nobilitatum circuferentes & ostentantes: Itidem & nos oportet semper tis signū, beneficentia indutus esse, declarantes q̄ filii sumus eius q̄ misericordis est, cius q̄ folē suū exoriri facit super bonos ac malos.

k iiiij

Monumēta pueris huncūtūr, posteaquām facti viri, feruntur ad aliud ornamen-  
torum genus. Itidem & in nobis non iam erit eleemosy-  
na, quā pecunij crogandis constat, sed alia quādam mul-  
tō p̄st̄tantur.

## CHOMILIA II.

Fornax Ba Quēadmodum enim in fornace Babylonica, quā tam  
bilonyca, ingens flamma si retur in altum, tamē beatissimū pueris ros-  
erat. Sic amicīria diligentis, ac Deo placentis animū occu-  
pans, omne abigit incendium, & in rōrem adm̄. r̄. bilē vertit.

Actores in scena. Quēadmodum enim actores in scena, regum ac du-  
cūm personas, item medicorum, ac rhetorum, sophisterum  
ac militum assumentes ingreduntur, quom ipsi nihil horum sint: Sic sanē & in pr̄fensi vita, paupertas ac diuitiae  
nihil aliud sunt quām persona.

Scena Beatus. Sicut igitur in theatro sedens, si quem videris, ex his qui  
extra scēnam pedibus ingreduntur, personam gestatēm re-  
gis, nō indicas eum beatum, neq; regem esse credis, imō nec  
ipse optas esse talis, sed quum scias, quōd sit qui sp̄ia ex his  
qui conuersantur in foro, funium opifex, aut fabr̄ aerarius,  
aut aliud quicquām tale, non indicas illum beatum ob perso-  
nam, aut ob vestēm ad tales demissam, neque ex hīsc rebus  
æstimas illorum vitam, sed d̄. spiritus potius illum ob aliā vili-  
tatem: Sic sanē & hic, velut in theatro, videlicet mundo, se-  
dens, & in scēna ludentes spectans, vbi videris complures di-  
uites, ne patēs vere diuites esse, sed diuitum obtemperanti perso-  
nis. Nam quēadmodum ille qui in scēna regē, aut bellū diri-  
cem agit, frequenter est famulus eorum qui fūcis aut botros  
vendunt in foro: Itidem & hic diuites crebr̄ pauperior est  
omnibus. Quōd si detrāxeris illi personā, si cōscientiā ex-  
plicias, & ingrediariis animū, multam illic offendere virtutis  
inopiam, cōperiesq; omnium hominum abiectissimū. Quē-  
admodum enim instāte vespera, digressisq; qui cōfederant,  
vbi fuerint ē theatro egredi, habitumq; tabula de posuerint,  
qui prius reges ac duces esse videbantur, pōst apparent hoc  
quod sunt. Ita sanē & nunc, postquām mors aduenerit, thea-  
trumq; dimissum fuerit, quum diuitiarum paup̄eratissimq; per-  
sonas depositerint, omnes illuc p̄ficiunt, atq; ex solis ope-

ribus iudicati, declarant qui verē sint diuites, qui verē pau-  
peres, qui honorati, & qui humiles.

CHOMILIA IN EPI-  
STO. AD TIMOTH. I.

Sicut cūm parvulus, si quid habeat puerile, idq; rebus ne- Parvulus,  
cessarijs p̄fert, pater ipsum puerilibus priuat, vt vel inuitū  
ad meliora traducat: Ita & Deus omnia facit, cunctaq; moliti-  
tur, vt vota nostra, atque desideria ad cœlestia transferat.

## CHOMILIA II.

Arte opus est, ne quis incassum facula dirigat, neu extra signum sagittas intorquet, vt necessariō opus, s. spiritus gra- Arte opus.  
tia. Sunt enim plurima quāz rectō itinere nostros frustre-  
tur conatus, cum ad unum signum intentio dirigenda sit.

Quēadmodum freno legitimē vtitur non is equus, qui Equus.  
lascivus, neq; qui mordet, sed qui pulchre agitur. Ita & is lege  
vtitur legitimē, non qui literē necessitatē, obtrīe, ac iustē vi-  
ture cogit, qui nonit quod ipsa non indiget, nō metu legis  
rectē factis insitit, sed virtutis tantūm gratia, hic securē ac  
legirimē vtitur lege.

Quēadmodum literarum apices pueris proponuntur, Literatum  
porro qui eas docet, non ex ipsis excellit, verū aliāde peri-  
tiae gloriā promeretur, atq; ex ea eruditōe p̄fertātus vti-  
tur literis: Ita & qui legem transcendit, nihil opus habet do-  
ceri lege: nā ipsam nō metu ex equitū, sed ex virtutis deside-  
rio hic melius implet. Huic ad qd lex? Quēadmodū & me-  
dius cōfēto vulneribus, nō fūno, neq; bona valetudine p̄-  
ditio. Nihil opus manueto equo & obtemperanti, freno. Ni-  
hil instructione opus est ei, qui p̄dagogo non indiget.

Quēadmodum angelū vbiq; que apparuerint, secum  
gleriam habent: Ita sancti.

Quēadmodū sol nō indiget vestibus, nō alijs aliquibus Sol.  
opus habet, sed simulatq; illuxit, gloriā sui fulgoris ostēdit:  
Ita & tunc sancti.

Amicū cū peregrē profici, cōcernimus, lugemus, ingemē Amicus  
scimus, si mortuū videre cōrigit, plangimus, cū nouerimus mortuū.  
eum non perpetuō à nobis cōpetandum, propter resurrectio-  
nis sacramentū. Enim uero fortē cū Christus quotidie sepa-

## CHOMILIA III.

## IOANNIS CHRYSOST.

retur à nobis, imò cum ipsum singulis horis à nostro arcamus cōgressu, neque dolemus, neque durum aliquid & acerbum nos pati arbitramur. Ceterum cum illum afficiamus iniurijs, cū cum contristemus ingiter atq; iritemus, neque quae ille iussit faciamus omnia, ne que ingemiscim<sup>o</sup>, sed insensibiles, non secus ac lapides, manemus.

### HOMILIA V.

Dux.

Quemadmodum dux nisi ante miles optimus fuerit, ne dux quidem esse aliquando poterit: Ita & doctorem prius oportet docere seipsum.

Nauis.

Vt nauis turissima est fides, qui ex illa decidcrint, necesse est naufragium facere.

Nubes.

Sicuti crudum nubes Hebraeorum castra tegebat. Ita Ecclesiam protegat spiritus sancti gratia.

### HOMILIA VI.

Pueri scho-  
lis ac libe-  
ralib<sup>o</sup> disci-  
plinis tra-  
diti.

Imitare vel pueros q; scholis traditur, ac liberalibus discipulis, qui cū viderint socios & cōtubernales suos rationē redere eorū quæ didicerint, eosq; qui negligētores fuerint, cedē, & per singulos discuti, cōcidiq; verberib<sup>o</sup>, admonētur, qd de se sperare debeant, & penē p̄actimō moriātur, ac si qd ex socijs, eos flagris plurimis fortassis occiderit, nō irascuntur cum inctis ille animū penitus occuparit, neq; magistrū interpellere habent, sed vnum tantum intuentur, quo pacto si licet egredi vel ingredi, absque verberibus possint, solū idq; tempus versari ante oculos, & cum excesserint ianuas, eo iā metu liberī, maxima tenentur voluptate.

### HOMILIA XI.

Paries ca-  
ducus.

Quemadmodum caduco parici, aut nimī fragili corpori quelibet quisque apposuerit, in sua imbecillitate perdurat. Ita & hic nullum anima emolumētum ab his quae sunt extrinsecus sumit, sed eadē p̄manet, quātlibet ei qlq; fornicatus ornamenta circundet.

### HOMILIA XII.

Fide sub-  
nixi.

Quemadmodū hi qui fide subnixi sunt, in tuto nauigant; Ita & qui illa exciderūt, nūq; possunt cōsistere, sed lōgo erro recipiati postremō in ipsa perditionis præcipita feruntur.

Cibi.

Nam quemadmodum carnales cibos, diebus singulis ex necessitate requirimus: Ita & fidei pietatisq; doctrinam semper accipimus, eaque iugiter enutrīmus.

## SIMILIA.

78

### HOMILIA XVII.

Quemadmodū scabiosæ oues, si cōfricētur, ceteris etiā que Homines sanæ sunt, morbo tētātur: Ita & hī hoīes nequā si simpliciorib; qbusq; inuersentur, vencio eos suę malignitatis īficiūt.

Neque enim si qui clausi oculis quārāt, inuenire quid poterit: sicut item si apertis ipfis scipsum humo obruat, auersatuſque, sole, ibi inquirat, inuenire aliquid nequā poterit. Adeō sine fidē nihil inueniri potest, eāque abiente pū Sine fide nihil inuenias.

Sicut enim cūm quis reō itinere gradiens, si in aliud alius, quid intendat animū, p̄geit quidem, sed tpe dā nescit, vrbem illā p̄transit, ad quam properabat, pedesq; frustrā sui tendens ministerium p̄abent: Ita ferme & in cupiditate contingit.

Quemadmodum enim aduersi quidam, ac furentes venti sunt, si in mare placidum irruant, ipsum funditus vertunt, adeō rentes. vt harena profundi superius mīceatur vndis: Ita & pecuniae cupidi omnia penitus miscent, neminem, qui huiusmodi est, amicum nouerunt.

Sic etiam in virtute contingit, quotquot exordijs non posse runt finem cōpetentem & concinentem, perierūt, corrupti sunt, tuendus.

### HOMELIA XXXIX.

Sicut domum pulchram cum quis raserit, efficit pulchritudinem: Sic etiam faciem pulchram, splendor animæ superueniens amplius conuenienter.

### HOMELIA XXX.

## SIMILIA.

90

Cortex.

Etsi virtus amara sit, tamen fructus profert dulciores, vt in arboribus cortex pene semper amarus & asper est, fructus autem ipsi suavitate iocundi sunt.

### HOMELIA XXXVII.

Sicut filii parentes, & discipuli magistros in certaminibus attendunt, formantes mentem ex parte doctorum per vi- sum, regulas quasdam sumentes: Sic etiam hic si volumus curtere discere, & bene curemus, ad C H R I S T V M attendamus auctōrem (inquit) fidicē vestræ, & consummatorē I E S U M, qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem.

### HOMELIA XXXIX.

Tale est in ventre cibos mittere, quale si quisquam eos ē cloacā projicit. Magis autem non tale, sed multō peius: hic enim fumum operatur, sine tua lesionē: illic autem plurimos morbos plurimasq; procreat ægritudines. Quod facit famēs, hoc facit & plenitudo ciborum, magis autē multō peiora: famēs quippe in paucis diebus auferit hominem, & liberat ex hac vita poenali: excessus verò ciborum cōsumit, & præficit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli consumit.

Sicut terra quæ valde humecta est, generat vermes & fit mos, cū complutur, vel cum plurimum sibi humorē retinet, pēs hume terra verò quæ libera est ab humoribus, fructuū fecunditate etiā decoratur, si ex abundantia nos corrumptatur aquarum: ac si etiam non colatur, vtro tamen grama subministrat, si verò colatur, fructuum fecunditate pollebit. Obscurō igitur nostrostrum corpus vitiosum: & inutile faciamus, neque ei vitia inferamus, sed fructus viles, & arbusta fructuosa, ne ea dissoluamus per inmoderationem ciborū. Immoderatio quippe pro fructibus vermes facit: Sic insita nobis cupiditas amoris turpes, & voluptates turpiores generat.

Funes sunt dīnitie, & implicamenta, abſindamus eos. Viciſſim ī Viquequo inuicē infidiamur vt bestiæ, sicut pisces maris: maſidates. gis autem bestiæ non infidiantur inuicem, sed alienigenis, vt putat vīsam non facile intermit, non serpens serpentem, cognitionem generis reuertentur: Tu autem cum indigēna etiam decem milia habens iura, nature cognitionem, rationem, cognitionem Dei, & alia, interimis cum, & inuoluis de-

M ij

## IO ANNIS CHRYSOST.

cem milibus malis, licet gladium non mergis, neq; tingis i in gulo, alia sauviora committis. Illud si operareris, simul cum curis omnibus liberares, nūc autem fame, & defectione, seruitute, & aliis multis peccatis affligis. Contineamus ergo manus nostras à tali homicidio, imò magis extendamus ad eleemosynam.

## HOMEL. XXXII.

Eleemosyna est amica Dei, semper ei propinqua, pro q- Eleemosy busunque voluerit, facile gratiae munus impetrat, tantum si à nobis non ledatur, si nullam à nobis patiatur iniuriam. In iuriam autem patitur, cum ex rapinis eam volumus operari; si vero fuerit munda magnam præstat confidentiam tribuen- tibus eam. Tanta est virtus eius, tantaq; potentia, sed etiam vincula peccatorū ipsa solvit, fugat tenebras, extinguit ignē, mortificat vermē, expellit stridorem dentium. Huic porta cœli aperiuntur, & veluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus custodum qui portis assistunt, audet dicere, Q uia tu es? vnde sed omnes eam è regione suscipiunt. Sic etiam misericordia. Regina nanque est, & verè regina, similes faciens homines Deo. Estote, inquit, misericordes, sicut pater vester cœlestis misericors est. Pennata est, & valde leuis, habens alias aureas, & volatum, quæ angelis magnam gratiam dilectionis apportet. Scriptum est enim: Pennatus sicut penne columbae dargentata, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quedam viuens & aurea venustate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta volat. Sic & misericordia niter magno decore festiva, nihil est illis oculis melius. Pulcher quidem est paucus, sed in illius comparatione deformis appareat. Ita enim haec avis pulchra est & mirabilis, ab ipso initio per tempora cuncta perdurans, & multa gloria diuina decoratur. Virgo est habens alas aureas, circulecta per omnia, venustaq; succincta, vultum habens candidum, atque mansuetum: pennata est & leuis, & semper ante solium regale conficit, quādo indicamus, repente subuenit, & nos à suppliciis liberat imminentibus, alii suis nos contegens: hanc amplius desiderat Deus quām innumerofa sacrificia.

## HOMILIA. XXXV.

Paulus non dixit misereri simpliciter, sed induite viscera

## SIMILIA.

91

misericordia, vt sicut vestimentum semper nobiscum est, sic eleemosyna.

Prætentibus iuhiamus nec diaboli versutias cogitamus, Astus dia- qui per parua, magnis nos spoliat, & lutum præbet vt aurum boli. auferat, imò magis vt cœlum auferat. Et umbram præten- dit, vt veritate nos extrudat, vt in somnijs phantasias ostendat (hoc enim sunt diuinitat) vt cum illuxerit, omnibus paupe- nores exhibeat. Seruitus pecuniarū omni tyrānide est peior. Laucus est apud Apostolū, vos disruptis vinculis, è laqueo profilite, & nō reponatur aurū vobis in domo, sed quod innu- meris est pretiosius pecunias, eleemosyna & humanitas pro auro. Nā hoc nobis apud Deum fiduciā præbebit: illud ve- rō multū cōtra nos effundit dedecus, & vchementer cōtra nos diabolū spirare facit. Q uid inimicum tuū contrate armas?

Fenerans quidem post multos annos sortē recipere cōcū Fenerans pīscis cū periculo, neq; forte recipi endi, vt moras, maius acci- pias scenus: Hic verò statim repetis, & hoc cū nō hic semper fed illic continuo sis māsurus, nō hic iudicari, sed illic pœnas subire debeas. Et si quis tibi quidem domos, ybi manere non debeat, paraset, magnū extimares detrimentū, id factum. Nunc autem hic vis locupletari, ynde frequenter & ante ve- speramas migraturus. Nec scis quod in aliena regione mora- mur tanquam hospites & peregrini? Nec scis quod peregrinorum est expelli, cum nec expectauerit, neque sperauerit? ni Quod & nos patimur.

## HOMILIA XLVI.

Vita præsens, non est melior carcere. Sicut ilud ingressi domicilium omnes videmus catenis obductos: Sic & nunc si nos, ab exteriori phantasia separati, cuiuscq; vitam intraue- rimus, animam cuiusque vinculis ferro sautoribus vinclam ī tuebimur; & maxime, si diutum animas ingrediari. Nam quanto pluribus induiti fuerint, tanto magis sunt compediti. Sicut igitur captiuum cū & dorso videris, & manibus, & quā doq; pedibus ferro depresso, ideo maximū miserū vocas: Sic & diuitem cum infinitis rebus circundatum videris non pro- pterea locupletem, sed propter ipsum miserū esse puta. Nam & preter haec vincula, custodem etiam habet infestissimum, pecuniarum amorem, qui prohibet hūc egredi carcerem, sed

Mijj

Sors.  
Vsura.

Hospites  
& peregrini  
ni

## IO ANNIS CHRYSOST.

innumeræ ci parat pedicas, custodes, fores & obices, & in interiorē coniunctionis custodiam, etiam his vinculis gaudere persuadet, ita ut neccylam inuenit spem, ab ingrumentis malis liberari. Et si cogitatione illius animam reuelaueris, non vi-  
Etiam, sed & squalentem & sordidam, & pediculis plenam vides. Ideo animalium nostrarum redemptorem deprecemor, vt & vincula dirumpat, & hunc infestum nobis custodem ar-  
ceat, & ab illarum absoluens ferrearum pondere catenam, pennis leuiores nobis sensum officiat.

## CHOMILIA XXXII.

Fide opus est, bonorum matre, salutis medicina, sine qua nullam magnarū rerum doctrinam quispiā percipere potest, sed illis similibus qui sine nauī pelagus transnatare aggressi, pa-  
rum prouecti, lassatis manibus, pedibusq; fluitibus continuo  
obruuntur: neque aliter qui suis nituer rationibus ante co-  
gnitam veritatem (vt Paulus ait) naufragium faciunt.

## CHOMILIA XXXIV.

Lex & Prophetae quasi repugna, & frenum equo iadomi-  
to, quibus eius contra rationem insultus compesceretur, ita  
equorum dominatores solent.

## CHOMILIA XXXVIII.

Socratica  
inductio.  
  
Principat'  
Dom' or-  
ba magi-  
stro.  
  
Princeps  
malus.

Sicut si ex choro ipsum principē auferas, nequaq; modula-  
tus chorus, vel ordinatus existit. Et phalanx militis si ducem  
nō habeat, nullo modo numerosē acies illa, vel ordinatē pro-  
cedit. Et nauis si gubernatore priuatur, pessum eat necesse ē,  
& gregi si pastorem abstuleris, cūctus dispergetur & peribit:  
Ita & malū, & multarū cladem est & occasio confusioneis &  
turbationum principiū: vbi nullus principatus, & est subver-  
sionis argumentum. Verum si princeps malus existat, peius  
malum est, quam sine principe conuersari. Melius est a nullo  
quam a pessimo regi. Ille quidem saluatur aliquando, ac si in  
periculum decidat, iste autem omnibus modis pericula subi-  
turus est, dum ad fontes & ruinas impelliatur.

## CHOMILIA XXXVII.

Aedifica-  
tio.  
  
Fundamē-  
tum.

Alterum mandatum Dei sine altero esse non potest, vt pu-  
tā, si interrogat quis in aedificationem domorum, quae pars  
melior, dicis fundamentum. Sed sicut aedificatio non potest  
esse, nisi fuerit fundamentum: ita nec fundamentū potest esse

## SIMILIA.

92

nisi aedificatio fuerit subsecuta. Sic ergo fundamentum di-  
gnus est aedificatione, non utilius. Sicut caput dignius quam  
membra, tamen nec membra sine capite, nec caput sine mem-  
bris: Sic digniores sacerdotes quam populus.

## CHOMILIA LIII.

Tanquam canis, ita diabolus diuitus infiltrat, tanquam Canis.  
bucciam vel placentam tenenti puerulo volēs auellere. De-  
mas igitur ea patri, & si diabolus factum hocviderit, omnino  
recedet. Cum vero recesserit, tunc ea patri omnia dabit in tu-  
to, cum ille non poterit infectari in futuro seculo. Nūc enim  
à pariis infantibus, diutes nihil differunt, qui à canibus ve-  
xantur, omnibus circa eos latrantibus, laniantibus, trahenti-  
bus, non hominibus tantum, verum & illiberalibus passioni-  
bus, ingluie ventris, ebrietate, affatione, & omni intem-  
perantia. Et si scenerare quidem suppetat, multū dantes con-  
quiritur, & gratos consideramus: hic autem contrarium fa-  
cimus. Grate suscipientem Deum, & non centesimam partē,  
sed centuplum præbentem dimittimus, at ne sortem quidem  
nobis reddituros, querimus. Quid enim vēter nobis recdet,  
qui plurima cōsumit? Stercus & corruptionem. Quid autem  
inanis gloria? luorem & inuidiam. Quid vero auaritia? Cu-  
ram & sollicitudinem. Quid intemperantia? gehennam &  
veneniferum vermem. Hī sunt diuitum debitores: has sorti  
iungentes vſuras poenitiae mala, peccatasque futuras, fœnus  
efficitur maius. Nam in mutuantibus hoc facientes videmus  
sceneratores, post multum temporis redimentibus libertius  
scenerantes. Qui namque statim totum reddit, vſurae cur-  
sum interrumpit, qui vero diu retinet, maiorem facit & ope-  
rationem. Itaque in hominibus quidem delationē non ægre-  
ferimus, verum & studemus, vt maior officiatur: apud Deum  
vero cum pusillanimiter nos gerimus, vt propter hoc torpe-  
mus & retrocedamus.

## SYLVULA SIMILIVM SACRORVM

HINC INDE EXCERPTORVM.

## CIDEM ADVERSVS VITUPERATORES

## VITAE MONASTICAE, LIB. TERTIO.

Non eadem est ratio currantium in Christiano stadio, q; Stadiū O-  
in Olympico. Nam hic solum yrus coronam aufert, eamque lympium

M iiij

## IOANNIS CHRYSOST.

corruptibilem, ceteris sine honore dimissis: at in agone Christiano, tametsi alius alio maiorem reponat honorem, omnes tamen perpetuum consequuntur coronam, modo legitimè certant, omnes futuri beati & illustres.

### HOMILIA eadem.

Seruum empturus, prius interrogat num seruire sibi velit, ac num futurus sit utilis, despiciens, inutile recusatur: At Christus maximū & excellentissimum precium, sanguinē suum erogauit pro oībus nobis, ctiā priulquam nos vellemus seruire illi, & quantumvis improbos recipit, sine obsidib⁹, sine chirographo, sola voce contentus, abrenuntio Satanae.

### HOMILIA XXI. ad populum Antiochenum.

Pictores. Sicut pictores intabulis pingendis, primo albas circumducere lineas, omni libertate solent, repingunt, corrigunt, priusquam colores superinducant: Ita in eo qui ex paganismo ad Christianissimum Iudeus venit, antequā adhibetur vera spiritus tinctura (quae fit per baptis̄m) male insitas consuetudines oportet delere.

Militis delectus. In milite diligendo exteriora, hoc est, corporis mensuram, & bonam carnis habitudinem, sed & libertatem contemplamur. At cœli rex nihil tale requirit, sed & seruos in suum exercitum suscipit senes & iuvenes, tantum ut promittitudinem habent se suscipiendi.

### HOMILIA XXIII. tomī IIII.

Irratus animus. Irratus animus est similis foro cuidam pleno tumultu, ubi multus est euntium & redeuntium clamor, camelorum ac afornorum fremitus, argenteriorum & ærariorū vtrinq; cūdētū strepitus. At nūtis mens in solitudine mōtis verticis similis est, auram quidcm habetis renuem, purum verdū radium, pura fontum fluenta, multasq; florū amoenitates.

### HOMILIA XXX. tomī IIII.

Pueri. Qui placari non potest, nisi vlciscatur cum, qui puocauit, similis est pueris qui placari nolunt, nisi mater paucimatum pulsat, aut rem inanimatam obiurget.

Iracundus. Quasi ignem gestans, sēque ipsum cōburēs ut aliquid noceat, est, qui gestat irā, & querit vindictæ tempus. Ipse multo tempore torquetur, ut alterū modicum torqueat, in fortē nunquam dabitur occasio.

## SIMILIA.

93

Sicut se excusans super irato dicit vel factis dicit, Ego il Exclusatio la non dixi vel feci. Iræ sunt verba: idem est, ac si diceret, manus sunt, non vulnera.

Vt stultè agunt canes faxa mordere conantes, quādo iacentes attingere non possunt: Ita & illi qui homini irato cōuiciantur, aut aliis vlciscuntur: Ipsi enim sunt ira, vel diabolο potius instigati, siue iactati.

### HOMILIA. XXII. tomī IIII.

Canis instar est voluptas, si pellitur fugit, si fouetur & nutritur, permanet.

### HOMILIA. XXXVI. tomī IIII.

Sicut gulosi, insolētes, expertes honestatis, vētris serui, ad regale vocati conuiuitū, nec congruā horā expēctātes, paruuī lori infantū more suā corrūpunt lātitia, praeueniētes, & vīloribus sc̄iplos cibis saturātes: Ita & homines hīc mercedem à Deo exquirentes, & accipientes, futuram diminuunt.

Vthospites & peregrini in aliena terra mansiōnem non construunt, sed malunt in sua patria inuenire constructam: Ita debemus per eleemosynam domos æternas construere, & hīc non thesaurizare.

### HOMILIA. XXV. tomī IIII.

Canis instar est ira, qui si tā ferus sit, vt nō obediat pastori inbēti, & oues comedat, occidendum est: Sic & ira: Is demū Generosus generosus est canis: si ouibus aduletur, aduersus aīt extērnos canis. fūiat & vigilet. Et licet esuriat, ex ouibus nō gustet, & licet insatūitate sit, Jupis nō parcat. Talis igitur est ira bene ordinata, siue quis mordet, ab humanitate nō recedit, siue quiescat, aduersus prauas cogitationes infirgat.

A vomētibus ebris maximē fugim⁹, & puluerē inijcim⁹ Vomentes vomito: Sic debemus adesse iracundis, ita illorū contumelias tegete, tacendo, & dissimulando.

In mansuetum non hārent iacula iracundi, non magis q̄ Māsietus: in aqua telum non figitur: cedit enim nimium.

### HOMILIA. II. de poenitentia.

Vt leuiores naues ocius equor̄ traiiciunt, oneratores verdū Nauies. grauitate pressæ fundo magis inhārent: Sic tenuis leniorem reddit cogitatum, preparatq; cum facilitate præsentis vitæ pelagis superare, & in cælum festinare.

## HOMILIA de penitentia. v. tom. vii.

**Aedificia.** Cum homines facilius, & minori tempore destruant, q̄ cōstruant, vt in aedificijs pater: contrā Deus velocius construit q̄ destruit, iustificat, quā perdit. Mundum enim vniuersum & Hiericho, omnē eius ornatum sex diebus condidit, sed Hiericho vnam urbem s̄ primo tandem die dissolut.

## HOMILIA vii. de penitentia, tom. vii.

**Cursores.** Cursores qui in agone currunt vestimenta ctiā penē necessaria abiciunt: Ita iturus in celū, vt expeditior sit, dimitas penē omnes pauperibus distribuat.

**Fœneratio.** Dissimilis est Dei, hominūque conditio in fœneratione. Deus namq; in occulto per pauperem accipit, & in propatulo reddit coram vniuersis creaturis: Is vero quod palam accipit occulte reddit, si ad pinguiorem fortunam peruenit, erubescens prioris fortunæ statum.

## HOMILIA vii. tom. vii.

**Via arcta & ardua.** Qui in agone deforis currunt, & ipsa exiunt vestimenta, viā verō in celum ferentem, & eandem arctam & arduā tot cum impedimentis, quomodo poterit ambulare?

**Vermis.** Quoadmodū vermis in ligno natus ipsum cōminuit: Sic tristitia de peccato nata. (Est enim pena peccati, iudicata à Deo mulier, In dolore paries filios) peccatum conterit per penitentiam inducta.

## HOMILIA xl. in Math.

**Pharao.** Nullū inter aurī sollicitos collectores & coenī atq; laterū operarios discriminē est. Nā vt tūc Pharao atrocissimus ille tyranus flagellis ad colligēdas paleas cōpellebat Hebreos: Sic etiā nūc diabol⁹ ad officiū laterū, flagellis cupiditatū multos incēdit. Quid aut̄ aliud aurū q̄ coenū, & argentū q̄ palea? Sic ergo palea ignē: Sic pecunia cupiditas auraria flammā incēdit, & quasi coenū coinqnat possidētes. Sicut olim Moses à deserto missus est salvator: Ita nunc filius Dei de celo.

**Mare rubrum.** Quemadmodū impossibile omnino erat, per mare rubrū pertrāfere, nisi miraculo facta via fuisset: Sic à priore vita ad celos concendere, sine medicatione baptisim⁹ nō possumus.

## HOMILIA xli.

**Scarabei.** Ut scarabei alieno stercore: Sic inuidi aliorum aduersa fortuna nutriuntur.

Vt qui in mari viūtum parant, cum in profundū descende Nautæ: rint, gemmas adferūt secum his qui vident: Ita nos pelagum scripturarum cognoscentes, in profundū spiritualis sapientiæ descendimus, adferētes thesaurum bonum, ornātem animas plus quām capita regum gemmatae coronaæ.

Vt probi agricultorē ex uno agro triplices fructus præcipiant. Nos imitamur, ligone spiritus fodimus.

## DE FATO sermonē ii.

Si quis medicus est, potionemq; dat, accipieđa est, nec cu Medicus. rīose inquirendum qualis, sed habenda vti sanitati conduceſ. Veneficus Sin veneficus est, magus, incantator, nō modo non inquirendum qualis fit, sed etiam mox fugienda vtpotē letifera.

Si prestigiatorum incantamentis bestiæ obtemperant, Prestigia- mirum nisi eloquia Dei animæ ferocis statum, tranquillum tor. & æquabilem reddunt.

Divinæ scripturæ similes sunt Silenis illis Alcibiadēs, Sileni Alci quæ sub teōtorio sordido ac pene ridiculo inerum numē clau biadæ. dunt. Alioquin si sine allegoria legeri Adæ historiā<sup>1</sup>: Si nihil ultra superficiem quæsiceris, non video, quid ita multò magis operæ pretium sis facturus, quam si cantaueris luteum simulaclrum Promethei, ignem dolo subductum, & simulachro inditum lutum animasse, in modo plusculo fructu legetur fabula poética cum allegoria, quam narratio sacrerum librorum, si consitas in cortice.

## IN PSALMVM Credidi.

Quemadmodum hora vespertina qui stellam alijs cō- Stella luci paratam lucidam vocat, quam sole fulgente nullo modo lu- da. cidam diceret, eō quod splendor solis excellens, fulgorem stellæ obtegit: Ita hominum bonum veracem dicimus esse quando eum cum, alijs hominibus conferamus: fed quando cum Deo, non est verax.

## SERMONE DE ELEMOSYNA ET

collatione in sanctos.

Locuple-

Quemadmodum enim locupletes prouentus habent ex tes. domibus, agris, & possessionibus: & pauperes ex manib⁹, & Pauperes. corpore, & non aliunde.

Sensibilis &

Sensibilis thesaurus, & infidijs petitur, & imminuitur, se- coelestis pēq; inuictores pessundat: Coelestis autem ille, tot⁹ alias est, thesaurus.

## IOANNIS CHRYSOST.

infidias ignorat, aufcri nequit, salus possideturibus, & accipientibus, non consumitur tempore, non perit inuidia, sed profrus ciutissimodis iniurias superior, multa colligentibus afferit bona.

**O**p*e*s. **Q**uemadmodum si opes subditorum in regijs prout p*ro*p*ri*a*r*i*s* conferuentur, per illas etiam regiae securiores sunt: ita certe & in domo tua, si pauperum opes reposueris, & Dominico die collegeris, etiam tua securiora erunt.

**A**gricola. **A**gricola slementem facit, & quae habet expendit, & non contristatur, & dolet, nec sumptum se facere putat, sed lucru potius, tametsi incerta eius spes: Tu autem non in t*a* v*il*ibus, sed in multo maioribus seminans, & daturus pecuniam in manus Christi recusas, torpes, & inopiam praetexitis?

**Q**uemadmodum dominus tuus cum multi blasphemet, multi fornicentur, multi furcentur, latrocineantur, sepulchris infidentur, & multa mala faciant, ipse non desinit a sua in omnes beneficentia, sed communes radios, communes imbrebus & fructus terrae profert, suam monstrans misericordiam: Sic & tu fac, & cum adhuc tempus misericordiae, iudicia pauperes, pasce famelicos, libera afflictos, ne sis præterea curiosus & sollicitus.

**HOMILIA III. IN PROFECTIONE****NEMESIS EPISCOPI FLAVIANI.**

**Q**uemadmodum hyeme praterita, & estate apparente, nauta quidem nauigium deducit, miles arma detergit, equiti que ad bellum parat, agricultor acutus falcem, viator fiducie plenus, longu*iter* aggreditur, & ad certamina pugil expolitatur & nudatur: Sic & nos ieiunio tanquam astate quadam spirituali apparete, & arma tanquam milites abstergamus, falcem acutamus tanquam agricultor, & tanquam nautae contra vandas, contra absiudarum cupiditatum cogitationes opponamus: & tanquam viatores rectum iter apprehendamus, tanquam pugiles ad certamina spoliemur. Exue virgine negocia & athleta factus es. Indue arma spiritualia, & factus es miles. Sis agricultor excole animam tuam, & spinas excinde, semina verbum pietatis, pulchras disciplinas plantas infere, & cum multa diligenzia repastina. Acue falcem tuam, quam per crapulam hebetia repastina. Acue per ieiunium. Sis viator, aggredere iter in celum, festi, acue per ieiunium. Sis viator, aggredere iter in celum, festi, acue per ieiunium. Vbi enim asperam & angustum viam, attinge, & ambula. Vbi enim

## SIMILIA.

95

via angusta magnum impedimentum est carnis ex crapula obsecritas. Abiudarum vandas concupiscentiarum reprime, & repellere imprudentiarum hyemem cogitationum, salua scapha, multam ostende peritiam, & factus es gubernator. Horum omnium nobis materia & magister ieiuniū est. Medicina est ieiuniū. Medicina, Sed medicina licet nullies utilis, per ventis imperitiam inutilis sepe fit. Etenim nosse oportet & tempus quo ipsam impoenere opus sit, & ipsius medicamenta qualitatem: & corporis obseruan-temperie suscipiem, & regionis naturam, & anni tem-  
pis, & congruum viatum, & multa alia, quorum si quodlibet prætermisum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autem, vbi corpori mederi oportet, tanta nobis opus est diligenter, mul-tò magis cum anima curemus, & cogitationibus medeamur omnia scrutari, & cū omnī sedulitate considerare necesse est.

**HOMILIA XVI.**

Sicut nulla mercatoribus utilitas, si magnam maris lon-gitudinem percurrerint, sed si cum rerū copia & multo mer-cimonio nauigauerint: Ita nulla nobis ieiuniū utilitas, si infiu-tus ipsum nequicquam & temere prætereamus, si ieiuniū ciborum ieiunemus, præteritis quadraginta diebus, præterit & ieiuniū. Si vero peccatis abstineamus, & hoc transacto ie-  
juniū, rursus illud remanet, & cotinuum erit. Sicut enim in nequitiam vivens & ante gehennam virutē conscientia stimulatus, sic meritis abundans & ante regnum, magna fructur lætitia, si bona spe pascitur. Si alias dicāt, totam ieiunauit quadra-gesimam, tu dic, inimicum habebam & reconciliatus sum, ha-  
bemam detrahendi consuetudinem, & destiti, jurandi tenebar vnu, & mos improbus mihi resolutus est.

**HOMILIA XVIII.**

Letemur, quando cum profectibus ieiuniū egerimus, vt ipso transacto, fructus ipsius effulgeat, etenim hyemis lumen tunc maxime demonstratur, cum illa præterierit. Nāq; Hyemis vernantes segetes, & folijs ac fructu affluentes arbores, per ieiuniū cō-ipsum aspectum clamant utilitatem sibi ex hyeme factam. modi. Hoc & in nobis pariter fiat: etenim pluuijs continuis & cre-bris in hyeme per ieiuniū tempus potius sumus, continuam haurientes doctrinam: & semina suscepimus spiritualia, & deliciarum spinas abscidimus.

**Hypocri-**  
**ta.**

Hypocrita, id est, histrio vocatur is, qui in theatro alicetiam faciem sumit, ut seruus existens, sapienti numero domini, & priuatus regis: Sic & in hac vita ad suos mores orchestras atque theatrum exercent iij, qui alia corde gerentes, alia extrinsecus hominibus prae se ferunt.

**HOMELIA III.****Exercita-**  
**tio.**

Disciplina exercitatio est. Nam athletam perficit fortitatem, & insuperabilem reddit in certaminibus, & expugnabilem declarat. In prelijs igitur talis disciplina est omnis, & haec praeiens, ut talis sit, necesse est. Proinde oportet sperare meliora, & finem plenum iucunditatis & pacis. Et noli mirari, si cum ipsa amari sit, fructus tamen proferat dulciores. Nam & in arboribus, cortex penes semper amarus & asper est, fructus tamen ipsi suavitate iucundi sunt.

**LIBRO I. DE PROVIDENTIA.****Iudex.**

Sicut malefactorum plurimos carcere diutissime incole re permittit iudex, adeo & vt plerunque vitam illius finiant, & cum ex multis aliquos punire vult, vnu ex illis aut duos eminentiori loco statuens, circumstantibus omnibus, ita denum ad mortem duci precipit, atque ad terrorem ceterorum, sic vtendum sibi omnibus censem: Ita Deus cum nos emendare vult, non omnes vna malos punire necessarium existimat, sed aliquos os rapiens, ex his, quos nunquam contrigendos nouit, potest tamen, atque ira ostendit suā, plurima ex hac utilitate molens, quippe malos ad execrandam, si velint, vitia hortatur, & bonos cautiores efficit.

**HOMELIA XXX. Q VOD NE-**  
**mo læditur nisi à scipo.****Fabricans**  
**superare-**  
**nam****Adamas**

Fabricam quæ super arenam fundata est, etiam si fulmina venti non virgeant, ipsa tamen paulatim effluens, instabilis arena ædificij crepidinem subruit & evertit. Nam arena sponte rumpuntur. Adamas vero nec malleis casus infringitur: Ita ergo quid à scipo non læditur, etiam si tundatur ab aliis, non potest lædi, qui vero cum sua ignaua proditur etiam malo perurgente, defluit sponte.

**HOMELIA XX. CVM DE EXPVL-**

fione sua ageretur.  
Mare ve-  
laniens.

Multi fluens & vnde immanes, sed submergi non ve-  
reor, quia supra petram sto. Insanar licet mare, petram no  
potest commouere. Insurgant quantumlibet fluentes, &cæt.

**HOMELIA XXX.**

Voluptua  
ria vita,  
turpissi-  
est mere-  
trix.

Quod nemo, læditur nisi à scipo. Meretricē appello hanc  
vitā quæ in deliciis & voluptatibus transfigitur, & cam quidē  
turpissimam, ciuius facies foeda, horrida, alpera, amara, cru-  
delis, & licet tā turpis vultus eius & ferus, tamen multos de-  
cipit, cum videant, apud eam cruentia omnia, periculis, morti-  
bus, infidelijs, inuidia, tormentis plena, cumq; eam stipari vide-  
ant pessimum sodalibus, contumacij, insania, inuidia, curis per-  
nicioſis, metu ingi, tremore frequenti, & mille alijs infautis  
confortibus, velut anguum corona circundari: fructum  
vero in his nullum, nisi interitum esse, perniciem, pernám-  
que perpetuam: expetitur tamen à pluribus, amabilis &  
exoptabilis habetur. Tanta est cornu qui decipiuntur sto-  
liditas, vt cum eos ratio nulla ex hoc interitu reuocet, ne  
evidentia quidem indefiniter pereuntium exempla de-  
tercent. Non ego istos stolidiores mul̄o, quam parvulos parvuli  
iudicem vel negem, quos puerilis ludus, ybi aut circulus vol-  
uitur, aut turbo vel trochus verberibus agitatur, & longis  
porticibus per curua spacia rotantur: ita intentos & in-  
hiantes puerilis animus tenet, vt auelli inde nullatenus  
queant, ignorantes penitus, per ætas fragilitatem nihil  
in illo ludo utilitatis, nihil perfecti operis haberi. Sed, epu-  
lis satisfacit ætas immatura. Iti quid habebunt excusacio-  
nis, qui ætate perfecta, puerilem, imò & puerili imbecil-  
liorem sententiam gerunt?

Sicut plerunque meretricis vultus cum turpis & fœdus est Meretricis  
per naturam, fucis & coloribus pigmentatus prostituitur ad vultus.  
decipiendos eos qui ignorant, quæ foeditas sub velamine fu-  
ci illius conteguntur: Ita hypocrita.

Quæ sit virtus, similitudinem ex corporeis substantiis Equi vir-  
capiamus. Verbi gratia, videamus quæ sit equi virtus. Nun-  
tius, phale-  
quid in argenteis frenis pulchrisq; tapetibus, ac sericis flam-  
mæ & corna-  
mulis, phalerisq; gemmatis, iubaq; aureis intexta funiculis menta.

equi virtus indicatur: an velocitate cursus, fortitudine pedū, gressusque cautela, ac pectoris firmitate, cunctisque quæ itineri conficiendo apta videntur, aut prælijs peragendis, ut vel interritus hostem petat, vel in aduersis propriū possit ab exilio liberare seſſum? Nōne in his potius, equi virtutē, quām in illis, de quibus supradictū est, declarari? Q[uod] autem & re-

**Animalium** omniū vir liquorum animaliū nōnne in eo omnis probitas habebitur, si vel ferre onera fortiter, vel robusta posse mouere carpēta?

Nunquid volēs aliquid probare animal ad ea refūcīt que ei superposita videbit, an (vt diximus) si nō potius mēbris ungulis validū sit, iuſpiciētur? Item si vineā probare volumus, nunquid ad hoc iuſpiciamus, si latos habeat pampinos aut flagella diffusa: an illud magis iuſpiciamus, si densior ei fructus sit & via fecundior? Similiter de oliua, & huiusmodi arboribus cōtemplamur: Igitur codein modo quoq[ue] de hominib[us] agamus, difcūltes, quaes, & vbi vera sit hominis virtus: & tunc eum lœdi putemus, cum in ipso fuerit laetus.

**L I B R . I I .** D E  
compunctione cordis.

**Corpora-  
lis amor.** Si corporalis amor, ita deuictam sibi tenet animam, vt ab omnibus etiam necessarijs actibus cogat abſcedere, & illi ſoli, quem amat operam dare, atq[ue] in eius cogitatione fixā teneri: quomodo nō amor CHRISTI, ab omnibus reliquis abſtrahit animam, ſibiq[ue] consociat, atque defiderij ſui vinculis conſtringit?

**H O M I L I A X X X . Q U O D N E M O**  
læditur niſi à ſeipſo.

Amor pecuniae vt fera quædam & crudelis domina, omnium corda poſſidet, & tyrannica dominatione deuinxit. Sæuit vt barbarus, feruet crudeliter vt tyrannus, debachatur impudenter vt meretrix, nufquām miseretur, nufquām pudet. Et cum lupis, vrfis leonibus ferocius ſeuiat, ſuavis tamē videtur hominibus & amabilis, melle, imo & fauo ipſo dulcior. Cumq[ue] his qui eam defuderant, exoptant, gladios acuat quotidie, foecas paret, ſcopulifq[ue] eos mille, & mille naufragii illidat, expeditur tamen ab eis. Volutari in cenno ciuitā quam fues delectantur, & vt canthari ſtercus eius euolueret:

**Sues  
Canthari** Tales quodammodo omnes qui auaritiae huic manus dede-

runt, infeliores & turpiores etiam iſtis immundissimis ani malibus.

**H O M I L I A . V**  
de laudibus S. Pauli.

Medicum cum nunc vrentem videris, nunc ſouētem, nūc Medicus. ferro vrentem, nūc medicamenta, & aliquādo quidem egrotum à cibo potuq[ue] cohibentem, aliquādo verò cum in iſtā lauantem, & modo quidem cooperientem vndiq[ue], & vndiq[ue] ſouētem, nunc verò illi ipſi calefacto, ſi curius plenam frigidis a quis imperantem epotare phialam: nunc vñq[ue] ſuper hac varietate & frequenti mutatione cum culpab[us], ſed tunc pre cipue ſtupabis artem, quando ea que nobis contraria vidēntur & noxia, illum cum fiducia videris offerentem. Hoc eft enim veri artificis ac periti: Ita Deus.

**H O M I L I A . VI.** de laudibus Pauli.

Deus quaſi gladio aciem, ita menti noſtræ iræ acumen iræ acumę imponit, vt co, cum oportet, vt amur.

**H O M I L I A . I . D E V E R B I S A P O-**  
ſtoli, Modico vino vtere.

Sicut in corpore, aliquo quidem membro corrupto, non eft magnum damnum: oculis verò laſis, vel capite contrito, totum corpus inutile redditur: Sic & qui in alta quādam taquāti virtutis ſpecula, cum multa claritate conſtruitus, ab omnibus admirationi habitus, quando cecidit, ma Ex alto cagnam ruinam & iacturam quia ex alto eſſe dencs. cedit, ſed quoniām alijs multiſ scandalī materia eft, in ipſum rēſipientibus.

**H O M I L I A . II .**

Si quis te prætereunte ſtercus commoueat, hoc faciētem non continuo conuicio & contumelia afficias: hoc fac & cit Obrectacadtactores. Nō enim ſic comit otium ſtercus illum fœto- yem ſuſcipientem cartilaginem percellit, ſicut aliena peccata excuſa, & vita impura audientium animos prodita contriſtare, & exturbare ſolent.

**H O M I L I A . VI .**

Non ſic flammæ natura in materiam de clapsa, vicina ſem Flamma, per ligna incendit, ſicut virtutis zelus in paucas lapsas ani mas, vñterius procedendo, omnes implere potest.

Athletæ. Quemadmodum in exterioribus certaminibus corpore vigentes, & bone habitudinis athletæ, non sic appareret, cum vestimentum vndeque olco madidum fuerint induiti, sed quādo illo abiecto, nudi in stadio feruntur, tunc maximè spectatores, membrorum proportione peritus obstupefaciunt, cū nihil illam amplius obumbrare possit: Sic & N. patiens, quando omnibus diutius, gloria circumfusus erat, quis esset, non multis manifestus erat: postquam vero, ipse, velut vestimentem exutus athleta, abiexit, & ad pie tatis certamina nudus intravit, sic spoliatus, spectatores omnes perculit, vt & angelorum theatrum illi victori applauderet.

HOMILIA I. DE VERBO APO-  
stoli, Modicovo vno vtere.

Terra. Non ita terra natura vexata, aquarum superabundantia continuo dissoluitur, vt corporis vis molefit, & difficit, & exilis redditur vini potu continuo ingurgitata. Ebrius est voluntarius daemon veniam non habens; ruine excusatione ca rens, commune generis nostri opprobrium.

## HOMILIA XXII.

Temule-  
tia. Anima eorum quæ corpore, quasi in aliquo sepulchro re cōdita est, cuiusmodi in homine temulentia, nec secus videri debet, quā si barbarus quispiam deformis & impurus, vi summa & potestate impetum faciat in adolescentulam deco ram aliquam, venustam & continentem.

HOMILIA XXI.  
ad Theodorum monachum.

Militans  
Dco. Omnia umbra, somnia, cursus. Cursus est vita. Ut si quis piam rupis excelsa verticem tenens, p clagus omne prospiciat, multosq; inde nauigantium crebris fluctibus freti, vnde ē rupe con subm ergi, alios in prærupti montis saxo collidi, nonnullos spiciens. ad alia littora contendo properare, aliquos tabulae vnius auxilio, ex fragmentis nauis inuictè à morte defendi, aliquā do pro gubernaculo, atq; remigjs, manibus tantummodo suis vti, alios autem videat turbidos fluctus multiformi atq; multi plici genere, cadavera ferre: Ita est qui militat Deo, cum se à

tempestatibus, atq; turbibus vita istius separari, consistit in arduo semper ac tuto securus loco. Quid enim celius potest esse, quid tutius, quā vnam tantum nos solitudinē gerere, quomodo Deo placere possimus? Vidisti naufragia huiusmodi, pelagus vndasque declina, & excelsum illum huiuscemodi p: lago quare nauigantem, & excelsum locum occupa, a periculo captiuantis immunein.

LIBRO II. DE  
compunctione cordis.

Puro non declinat, si inctū istud N. quidam talis simi litudinē cōparet, verbi causa, flamma quādam immensa vniuersim replet terrā, & inde ascens, repletis omnibus, vñq; ad ipsa perueniret cœli fastigia, sed & inde superans omnia, etiam illum qui supra cœlum est, aërem transcederet, siue a. r. ill. dicendus est, siue quid aliud, atq; ibi etiā illa que ibi sunt spacia completeret, nec illuc quidem flamma haec incremēta finiret, sed ascenderet adhuc vñque ad terrum cœlum, & omnia hec vno codemq; igne completeret, ita vt nec terra vñlum, nec cœli omnino cœlorum spaciū relinqueret vacuum: Tales erant anima sanctorum prophetarum, quibus oculus erat interior illuminatus, vnde videntes dīcti.

## LIBRO I. DE compunctione cordis.

Si in corpore parum aliquid morbi pulsauerit, statim & Morbi medicos adhibemus, & pecunia profundimus, & omni ob pox seruanta, quod competit gerimus, nec prius cessatur, quāque molesta sunt, miratur: Anima vero cum quotidie vñlneretur, & per singula lanietur, vñatur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parua quidē pro ea nos cura solicitat.

## HOMILIA XXI. id est, ultima de pœnitentia.

Sicut planta quidem nuper humi confita, facile renelle planta retur, per multum vero temporis radicibus firmata, non ita cōposita. Et vt adficium recenter fundatum à vexantibus faciliter subuertitur, bene vero firmatum, multa, diruere conantibus, præbet negotia. Et ut fera, quibus locis multum temporis est conuersata, difficulter expellitur. Et sicut febris ab initio aggressa, non magna siti laborantes exarit: postquam autem inauicta, & flamman extulit, iam sitim inducit immedicabilem: etiam si quis eis concesserit, vt pos-

tibus impleantur, non extinguit, sed accendit fornacem. Sic & in vitiis accidit affectu, si se circa primordium in animam nostram inferentem non prohibuerimus, neque fores occluserimus, ingressus iam insanabilem morbum suscepimus infest.

**H**OMILIA DE compunctione cordis LIB. I.

**Phrenetici.** Ut qui phrenesia patiuntur, vel mente capti sunt, à qui Meteapti bus cum multa turpia & periculosa, vel dicantur, vel gerantur: nec pudoris tamen aliquid, nec poenitentis capiunt, quinimo & magnifici fibi, & sapientiores, finis videntur & sapientibus: Ita & illi, cum omnia quae sanitati sunt contraria gerunt, nec hoc ipsum, quod deest nobis, sanitatis non sumus.

Sicut in corporibus, & in fistulis, nisi prius quis humorem influenter fisiat, & viuin terrentem, quotquot imposuerit medicamenta, mali fonte non obstructo, incassum omnia facit: Itidem & nos, nisi occasionem, quasi fonte mali, cauerimus.

**H**OMILIA XXII. de nequitia depulsa.

**Capite dā.** Sicut qui carcere habitant, capitis damnati, damnationē natī. Sicut qui carcere habitant, capitis damnati, damnationē operientes & mortem, vel si delitij abunde fruantur, vitam longè agunt molestorem, & anxiam: Sic qui improba conscientia molestantur.

**SERMONE DE POENITENTIA.**

**Medici.** Ut medici qui ægros à cibo & potu noxiuo arcere cupiunt; licet illa promptam habeant voluptatem, ante tamē persuadent inesse illis, præter nocumenta multum insuauitatis.

**H**OMILIA XVI. CVM PRIN-  
ceps intras et ecclasiā,

**Clauſi re-** Nōnne vides naucleros, vt infantem mari, nubibus transcurrētibus, fulminibus elisis, omnibus in nauigio tumultūtibus, ad gubernacula sedent ipsi, sine trepidatione & metu, arti ſuū vacantes, vt imminentem procellam repellant? hos & tu imitare, & sacram capiens anchoram in Deum spern, inconcussus permane & irrevolubilis.

**Mercator.** Sicut mercator non sentit navigationis laborem, lucronū spēre leuatus, & pugil generos fert cōpitis vulnera, coronā respiciens: Ita & nos quoq; cœlum & ad cœlestia intenden-tes bona, quæcumque inferantur grauia, generose cuncta fe-

Pugil.

remus, bona futurorum speroborati.

**H**OMILIA XVII. DE APOSTO-

li dicto, Gaudete in domino semper.

Sicut in mare decidens immensum scintilla brevis, facile scintilla. deletur: Sic quantacunq; Deum timeti illidantur, velut in va-stū lætitiae pelagus incidentia, extinguntur & perduntur.

**H**OMILIA XXV. de via regla.

Sicut si breuem scintillam in magnum deicceris profun-dum, statim extinxeris: Itidē & omnis tristitia superabundā-tia in bonam missa conscientiam, extinguitur facile.

**H**OMILIA XL. DE

poenitentia.

Tanq; fluentum iuueniens remissio, animam tollit (nā om Remissio, num perfecutioni hoc grauissimum) & quod æfas est & hy Persecutio-ems, hoc est persecutio & remissio. Ut autem vobis ostendā quod remissio peior est persecutio, audi. Somnū enim iu-fundit animæ multum hiatum & temorem, vndiq; vitia sus-citat: nam inuidiam, voluptates, &c. Sed in perfecutione nihil Timor. horū vexare solet: sed timor ingressus, tanquam flagello quo-dam, latrantem canem acriter percutiens, has omnes pestes ne clamare quidem permittit. Tunc est persecutio, viuis, tanquam feris, nos virginibus.

**H**OMILIA LXXXI.

Neq; si quis infirmum habens stomachum, amaram nō admittat medicinam, ipsum curare valentem, sed porcius atte Laborans ratur, medicinam accusabimus, sed membra infirmitatem. Si è stoma-cho, latrante canem acriter percutiens, has omnes pestes multò magis hoc à remissione pateretur. Nā si ligatus cadit (hoc est enim tribulatio) multò magis lasciuē viuens.

Tribulatio est spirituialis mercatura. Sicut pecunias colli- Spirituialis gere volentes, & hāc seculare exercentes mercaturā, nō aliter mercantia. ppter rē augera posset, nīsi multa terræ marisq; pericula susti-nēt: necessariū est enim latronum infidias, piratarum incur-sus sufferre, & prorsus omnia, cum magna subeunt prōptitudine, propter lucri expectationem, nullū capiētes tristū sen-sum: Eodem modo & nos diuitias hinc nobis confluentes, & spiritualem cogitantes mercaturam, gaudere decet & exulta-re, nec quæ videntur, sed quæ non videntur, considerare.

Aurum & Q uod auro ignis, hoc animis tribulatio, fordes abstergens, faciens mundos, claros reddens ac splendidos.

Maceres. Morentium societas, granem tristitiae & chemoniā auferre reconseruit. Sicut in onere, si quis ponderis partem suscepit, soli ferenti sarcinam leuavit: Sic in omnibus alijs.

Diabolus colluctatus diu, athletam vincere non potuit, Subiectio suscitat fluctus, & firmissimam petram mouere non potuit: rhetorica machinatioe suas adhucuit, & turrem vali lissimam nō prostrauit: arborum concussit, & pomam non decerpit: & ramos quidem confregit, sed radici nihil nocuit: parietem perforauit, sed thesaurum auferre non potuit, thesaurū dico, non aurum & argenti, sed fidem Christi. Vidisti petram firmissimam inter fluctus, militem preparatum, turrem inexpugnabilem. Athletam hunc dicamus: sed precellit tantarum copia coronarum: petram nominem: sed firmorem video: militem appellac: sed robustior em cerno constantiam: turrem cuius nominaboh: sed eminent sapientia: arborem eum dicamus: sed decorior innuenitur: fructum eum appellemus: sed speciosior demonstratur: thesaurum eum nominaboh: sed copiosior dinos: situr.

Tumulus Quemadmodum mari aestuante, & multis procellis insidente, ad portum configere timor omnes cogit: Sic & nunc fori procellae, & ciuitatis hyems omnes vndeque in ecclesiam compellit.

Tentatio Nisi tentatio, nec corona: nisi certamina, nec brauia, nisi studia, nec honores: nisi tribulatio, nec remissio: nisi hyems, nec aestas. Et hoc non in hominibꝫ tantum, sed in seminibus quoque ipsius intueri licet. In his enim multam quidē pluviam multam verò nubium collisionem, multam deniqꝫ glaciē fieri oportet, si vernans spica exurgere debet. Vbi verò si mentis tempus, tempus & pluvia. Postquam igitur nunc ingruit hyems animarum, non aëris, seramus & nos in hac hyeme, vt in aestate metamus.

Lachrimæ Non sic semina delatis hymber germinare & crescere facit, vt pietatis semen excitat, & vernare facit ex lachrimis

ruens hymber: hic animam detergit, irrigat mentem. Ideo Hymber profundum sulcum, proscindere necessarium.

Quemadmodum aratum immitens deorum terram Aratum, aperit, utam seminibus custodiā parans, ne facta in superficie remaneant, sed tanquam in ipso terrae sinus immitantur, & in tuto radices figant: Sic & nos facere necessarium, & tanquam arato, tribulatioe vtentes, cordis profundum scindere. Scindite corda vestra, ait Prophetā. Corda igitur scindamus, vt si qua dolosa herba, & improba cogitatio nobis inest, radicibus eam euellamus, & puras pietatis seminibus terras exhibeamus. Nisi nunc renouemus nouale, nisi nunc seramus, cū adeat tribulatio, quando vñquam incomptiō nem veniemus?

Cum agricola semina cum multo labore collecta semini Agricola. nauerit, ignorans q̄ā sunt, omnia cernens admirabitur, forisque apud scipsum dicit: Quid hic homo tandem facit? Collecta diffidat, sed & terre cum multa cura commiscat, ne facile colligi possint: nec tantum commiscat terrae, sed & optat vehementer fieri pluviam, vt proiecta omnia marcescat, & lutum fiant, & turbabitur cernens fulmina & corruptionem defteri. Agricola verò non ita: fed latatur, & gaudet hyeme cernens: non enim praestitia respicit, sed futura: non ad fulmina spebit, sed ad manipulos: non marcentia semina, sed vernantes spicas: non grauem hymbrem, sed iucundissimam areæ ventilationem, ex ipso nascente fructum: Expletum itidem & nos aream, & manipulos, non praesentē labore & dolorem, sed orientem ex ea fructu, mentis nostræ penus ex eo implere poterimus. Et sicut aurum, & si aquis immoretur, Aurum. ppriam præstat speciem, sive ī conflatorū ceciderit, splendi Lutum. dius rufum appetet: Lutum autem & scenum, sive aquis immisceri accidat, hoc quidem marcescit, illud verò dissolutur, sive in igne ceciderit, hoc quidem frigitur, illud autem comburitur: Sic certe iustus & peccator, ille quidē sive remissioe fruiatur, manet splendidus, sicut aurum aquæ immersum: sive in tentationem ceciderit, splendidior fit, sicut aurū in igne: Peccator verò sive remissione contristatur, dissolutur, marcelcit, sicut scenum & lutum aquæ immorans, sive tentationē sustineat, cōburitur, perditur, sicut lutū & scenum ab igne.

**Aitores.** Sicut in arboribus accidit, si quis fructum cum folijs aufserat, & ramos omnes amputet, radice manente tota, cum maiori etiam ornatu arbor resurgit: Sic quidē & in nobis, si pietatis radix permaneat, & si diuitiae auferantur, & corpus corruptatur, omnia rursum nobis cum maiori gloria redeunt.

**SERMONE DE CARNIS CONCUPISCENTIIS non sestandis.**

**Sōn⁹ vita.** Somnus est vita praesens. Nam ut somno pressi, pleraque & superuacanca, & frustrā loquuntur, videntque persēpe nihil sani: Ita & nos deteriora ijs pleraque speramus, siquidem qui indecora & impia gesserint, eademq; obuersari fibi per vitium conspexerint: mox somno exp̄rgē facti, turpi & indecoro aspec̄tu liberentū à pena, quam pro scelere meruis sent, q; aliter nobis euenire solet, quibus ob ignauiam & cordiam, ignominia atque supplicia perpetua sunt. Item & qui per quietem somniando d̄rescunt, ubi dies illuxit, inanes & diuitijs vacui arguuntur: captos verò, dum viuunt, inertie, somno plerunque, necedum luce oborta, falli posse, compertum est, & ita ut breui corum insomnia evanescant.

**HOMILIA XXXVI. de virtutib⁹ & virtutib⁹.**

**Ociosus seruus.** Si seruum habueris non ebrium, non contumacē, sed sobrium, modestum, omni flagitio vacuū, hic si domi quotidie ociosus fedeat, si, quorūā seruo vsus debetur, domino nihil efficiat, dic obsecro, nōnne flagellabis cū? nōnne tormentis afficies? Et tamen nihil flagitiū commisit. Satis est igitur mali hec ipsum, nihil boni fecisse: Sit nobis agricola quidam, nihil porrò peculij nostri dissipet, neque dolis, furto, surripiat, tantum suas manus compressas domi tenens fedeat, semina non spargat, rura non scindat, vites non colat, & quod ad agriculturam pertinet, nihil prorsus efficiat, nōnne ab eo supplicium sumemus? Et tamen nihil intulit iniuriae, nec habemus omnino, quid illum accusare possim⁹. Sed hoc ipsum arbitramur iniuriam. Et nostro quidem in corpore abstineat capite manus, non linguam excidat, non oculos eruat, non denique tale quicquam mali faciat, ociosus tamen fuerit, nec sui quicquid est officij, rōto corpori sufficiat, nōnne ipsam potius fuerit abscindere, quam nihil agentem & inutilēm totū corpori manum circumferre? Quid autē os, si neq; magis

ab̄ imp̄rit, neq; peccatis momordet: quae verò ad se pertinent, prorsus om̄i erit, nōnne illud oīa obsignasse melius fuerat? In his igitur, si non modo aliquid fecisse mali, verumetia aliquid om̄issile boni, magna comprobatur iniuria: porrō diuinis in rebus id ipsum multō magis appareat.

**HOMILIA IX. IN Genesim.**

Sicut nautis quae aquis impletur, ut exhausti nequeat, ita Nautis. tim submergitur: Ita & homo cum crapulæ & ebrietati seipsum exponit, in præceptis vadit, & ratione suam submergit.

**SERMONE XXX. de ieiunii & geneseos.**

Iocundum quidem nautis est ver, iocundum quoq; agricolis, sed neque nautis, neq; agricolis ita iocundum est veris tempus, ut his qui philosophari volunt, iocunda sunt, ieiuniorum dies, spiritale animarum ver, & fidissima tranquillitas animorum. Nā agricola is ver ideo iocundū est, quod delectat aspiceret tunc dcp̄ictam floribus terram, & varijs frondibus virgulta comantia: Nautis verò acceptum est ver, quod dorsum matris deducit in nauibus, tutò licebit ascedere, nec vndarum pericula formidare. Nobis autem iocundum est ieiuniorum ver, quod tunc non vndarū, sed cogitationū, & concupiscentiam carnis flūctus ac turbines mitigavit, & coronæ nobis non florū, sed spiritualium gratiarum parantur.

Sicut apud magistres literarum fieri videm⁹, quorūalius Magistri liberi, alium de gremio matris acceptum, & ignorarum omnium, terarum, atque incapacem malorum, primis tantummodo imbut ele mentis, quem iversus alius magister accipiens, perfectoribus instruit discipulis: Ita & Moyses ignorarum omnium rudē homines, & Moyes. minum naturam, & (vita dicam) nūper à lacte euulsam, prima diuinæ cognitionis edocet elementa: Ioannes autem & Ioannes. Paulus, velut à Moyse iā quae prima sunt imbutos homines, Paulus, ad excelsiora & perfectiora deducunt, non ut quæq; prima sunt, destruentes, sed tanquam fundamento competenter positio, supponentes totius ædificij celso fastigia. Vidisti virtusq; testamenti strukturam, unius linearum modulatorum directum. Vidisti totius ædificij consonam quadraturam.

**HOMILIA XXXVI. de virtutib⁹ & virtutib⁹.**

Vt enim cū ferebatur puer, grabato assidens filio mater, Maternus querebunda voce s̄p̄ius imprecatur, Utinam hoc mili da- affectus.

retur posse, me tuam fili si scipere febrem, & hanc omnem  
in me haurire flāmam. Sic etiam pro vobis utinam perduel-  
list: m̄ bene gerere possem.

**Scenoba-  
ter.** Vt in theatris, qui per sublatum fūrem scandere ac de-  
scendere exercent, si parum aliquid oculorum acis erra-  
rit, præcipites continuo ruunt: Ita qui spiritualem grauij in-  
tūm, si breue segnitie tempus conciscerit, per anfractu-  
os quosdam proni lēpe truduntur. Et fūne illo quidem hic  
limes angustior est, eretq; magis & arduus, multoq; celstior,  
cuius ad apicem terminatur cœlum.

**Cythara.** Sicut in cythara non vnius tantum fidis melodiam exci-  
Vt miles in militia ædificia non cōstruit, sed vilia tugurio- la; neq; agrum excusat, sed valla tantum & fossas ad munitionem sufficit. Et neq; mercaturam exercet, sed sicut hæc in pa- tria, non in castris facienda esse: Ita & nos facere oportet, quæ huic militare venimus aduersus diabolum, supernam pa- triam, & ibi omnem afflictionem expectantes.

Sividentes viri alictius seculari dignitate insignis familiarem, operam damus, vt, quantum possibile est, illi preste- mus obsequium, cogitantes, quod quæ illi sunt, eius domino accedant: Multò magis apud omnium dominum, quicquid laudis sancti impendimus.

in Matth. de Iuda;

Venuti probi viri exenti, sumis laudibus & p̄femis digni sunt: Sic profecto & prauis duabus de causis, tum quia cū posse virtute est sequi, sc̄ ut & iusti, non sunt secuti: tum quia nihil exemplo bonorum virorum lucrari studuerunt, supplicijs digni compunguntur.

Siquis sole authorem tenebrarum existimat, soli an sibi detrahitur? Sibi videlicet: Ita qui bonos, prauos arbitratur.

Venuti vermes quidam ex terra in terram, & iterum ex ipsa in ipsam concuruntur: Sic & nos penitus, nec modicum recipere volumus, nec auferre nos à causis hominum: sed ve- luti quadam satietae & ebrietate demersi ac percussi obstu- puimus ut sagittantes.

## IOANNIS CHRYSOST.

**Corpus.** Si i corpore partia aliquid morbi pulsauerit, statim & medicos adhibemus, & pcam profundimus, & omni obscuritia, quod cōpetit gerimus, nec prius cessatur q̄ qua molesta sunt, mitigetur: Anima v̄rō cum quotidie vulneretur, cum persingula langetur, vratur, precipitet, & modis omnibus pereat, ne parua quidem pro ea nos cura solicitat.

### HOMILIA XLVII.

Inter iram & insaniam nihil differt, sed breuis quidē dæmon est, imo quām q̄i vexatur dæmonio grauior: Ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed supplicij innumetis, sponte sua in perditionis profundum deferrit, & etiam ante futuram ḡchennam, poenas dat: Tumultu enim quodā & q̄tū intollerabili, die noctuq; variis cogitationibus anxius iactatur. Ira fera est vehementis & furibunda, incantemis eam diuinæ scripturæ carminibus: Terra es, & cæte. Impetus iræ eius casus ipsius. Vir iratus immodestus est, & cat. Si alpestrati nihil turpiss, quid, imo multo magis anima.

**Pratum.** Velut in prato, multis & variis video lectionis flores, & amplius rosarium, milleas v̄rō violas, nec pauciora lilia, sed & variis vbique & copiosum spiritus fructum diffuminatum, & multum odoris suavitatis: Imo v̄rō non tantummodo pratum, verum & paradisus est, diuinarum lectionis scripturarum: non enim fragrantiam solum nudam habent eius fl̄es, sed & fructum, quo animam nutritire possint.

### HOMILIA LX.

**Corpus.** Sicut corpus hoc quotidie corporalis indiget nutrimeti, ne multa cadens in imbecillitatem, inefficax iaceat: Itidem & anima, spiritualis indiget pabuli, & optimæ conuerisatiois ut in alijs quia bonorum consuetudine posita, maligni demum infideli constituantur in expugnabilis.

**Medicus.** Medicus ægrotantes omittens, ipsiſ assidentes alloquitur: Ita ego, omisſis illis, ad vos sermonem dirigo, ne talia vñ quām vita capiamini.

**HOMILIA LIII.** in cap. x, xv. Matthæi de opere imperfecto

**Ouis.** Sicut ouis ad mortem ducitur, & nō clamat: vita ei tolitur, & mafuetudo eius non immutatur: Sic & sancti maledicuntur, & nō remaledicunt, percutiuntur, & nō repercutiuntur.

## SIMILIA.

114

bona eorum diripiuntur, & illi non contradicunt, doloram sentiunt, clamorem non emittunt.

Si tu confitas in publico pariter cum amico, & veniens aliquis illum salutet, & te contemnat, aut si parans illum a te cum illo loquatur, aut familiariter cū illo iocetur: Nonne tu relictus solus stas aporiatus in publico, & grauiorem existimas illam confusionem, q̄ morte? Et quomodo putas impios confundendos in die iudicii, quando ante conspectum agere lorum segregatis iustus, fuerint derelicti? Nonne & si vltius vñ patetur, illa sola verecundia sufficeret illis ad peccata?

Hodie si amicus tuus, aut colonus, aliquod tibi offerat munus obnus, verbi gratia, aliquod vestimentum, tu autem despiciens latu fasti illud, eo ipso vidente, des illud vni ex circumstantibus ser diuersus. nonne manus vñ effere facis, & confundis grauiter offrente? Si vero suscipiens munus illius, statim vestis te, & processeris cum ipso vestimento, magnificas munus, & nimis laetificas offrentem. Putas quanto gaudio extolluntur sancti, quando in conspectu omnium angelorum, quod fecerunt hō munibus, ipse dominus fatetur se accepisse.

Quemadmodum si quis à rege suo contra hostem transmissus, colludit cum eo, & factio habita, fugam petit pro factio. didic causam regis sui, & confundit virtutem ipsius: Ita qui suo arbitrio, & negligencia diabolo locum dar, confundit cū qui propter gloriam suam contra diabolum, cum quasi in ex peditione creando transmisit, & victus ostendit diabolū potestem esse, quum nihil possit

### HOMILIA LV.

Criminosas personas index auditur in publico, tribunal suum collocat in excelso, circa se collocat vexilla regalia Criminosi ante conspectum suum ponit super mensam, tabellam, vnde tribus digitis mortem hominum scribat aut vitam: huic inde officiales ordinatè consistunt in modo secretario, ponuntur genera horreanda peccatarum, quæ non solum pati, sed & videare tormentum est. Stant auxiliarii tortores crudeliores aspera quām in mibis. Tanta iudicij facies, cuiusdam tenebris terrore vestitur. Et cum ad medium prodicante fuerint criminose personæ, ante interrogationem iudicium: ipsi in iudicij terribili discutiuntur aspecu: Similiter & domi-

Pij

Judeo.

## THEOPHIL ACTI.

nusse ad iudicium venturum promisit, similiter cum tetrore, non cum simili tetrore. Peccata enim quae hic sunt, non comparanda ad aeternas peccatas: Sic nec gloria ista.

## THEOPHILACTVS

in Abacuc C A P. II.

Libanus.

Libanus mons Phoeniciæ syluos, odoros, preciosis arboribus exuberans: huic similis Hierusalem qualibet sacerdotum, cedro similis, in altum tollitur, suscipit sub eo omnes.

CIN Ionam cap. III.

Medicus.

Perinde ac medicus, simulacraflammatae & sanie referunt partem, latenter ramè obseruauerit, iudicat necessariā esse sectionem, hoc ipsum scriptura nominat indignationē: post hoc iudicium insequitur secessio, cruciatum parans in eo quisindatur, atque istud ira Dei dicitur.

CIN Naum cap. I.

Smilax,

Velut smilax expēsa comedetur. Smilax planta est hederæ similis, perpetuo sursum tendens, subtilibus rami, que proxime astant plantas comprehendens, maximè vero paliuros, adeo ut illos quidem feriat, ipsa etiā suo tempore pereat: Huiusmodi sanè erat Babylon, nunq̄ non ad altiora scandere volens; vndeque potentia sua rectia extendens, ut deprimeretur ab ipsa comprehensi, comeditur tandem ipsa à Persis & Macedonibus, qui circumeuntes mare & aridam, ut unum profelyū faciant, ac postea ipsius filii gehennæ constituant, smilax fuerunt expansa, suffocans sub comprehendens, ac velut ardua stipula neque suscepit descendenter pluuium, ne que aquam salientem in vitam aeternam.

Smilaci etiam aequiparantur, qui charitatem simulantes, & cōpletætēs p̄ blāditiās proximū, ac interim quæ ad p̄niciē eosū faciāt, meditātēs. Absuntur tandem talis smilax ipsa a se: alter enim impostor ab altero fraudulentiore capitur.

CAPUT III.

Ficus

Omnis munitiones tuae, ut ficus fructus habentes, si quas satæ fuerint, cadent in os dentis. Vi fructus ficus habentes, hoc est, ficus tempestuos, & prorsus maturos, si à vento concurvantur, vel ab homine potius volente illis vesci, facile illos proficiunt a se, quos areptos homo comedit. Nō dissimili-

## SIMILIA.

115

paſtione, munimenta synagogæ, id est, pharisa, deinde obſeruatiōes legis ſecundum literam, cum traditionib⁹ ipſorum quæ fructus quidem habet, dulcedinem tempeſtatū & mollem preceſte ferentes, iſtæ c̄ H R I S T I aduentu decuſſe cecide runt in os, humanas ſemper traditioñes deuoratis fathanæ.

Quid lutum? Idē corpus, maiore quam margaritū honore affixis animam conculca paleas, id est, ſterilia opera, quæ comburēt ventilabrum diuinationis habens verbū Dic, ignū inextinguibili. Ut locusta quæ deſcendit ſuper ſepem in die glaciī, ſol ortus eſt, ac defiliit, nec agnouit locum ſuum, hoc eſt, Q uemadmodum locusta cetera, id gen⁹ vo latilia, rore ac pruina corū aliis ſuperpoſita, ſepibus ſiſident atq; fruticibus, vt quæ volare nequeunt, ſole autem oriēte, abſumenteq; rorci, implaque animalcula calceati, expādunt alas, & in alium tranſeant oculum. hunc in modum accedebat etiam ſuper ſepem legi potentiā Dei, purificatio-nes quafdam corporales perficiens, & mira signa faciēs, vt que dum dies erat glaciī, hoc eſt, regnaret peccati ex Adamo contratti hyems: quando verò ſecundus Adam peccati expers, ſol iuſtitiae exiftens ortus eſt, defiliit diuina potentiā ex legali ſepe, oſtendens ipſam infirmam eſſe, vt quæ nō poſſit mundam facere conſcientiam tranſiſque ad fidem, que poſſit iuſtificare, nec vltierius cognouit locum eius quem antea occupavit, legiſ.

Vinea & ficus ſunt lex & Prophetæ. Lex ficus itidem fu-  
erunt, quoniam infanti Israëli dilectus fructus proferabant, Ficus.  
terrefrīum nempe bonorum promiſſionem: Si enim, iquit, Vinea-  
audieritis me, bona terra comedes. Asperitatē quoq; i  
folijs habeant ficus, hoc eſt, transitorij, & facile marcescibilis rebus: non enim gehenna in interminabantur eis ac  
tenebras exteriores, vel quodex cœlesti regno excidere de-  
berent, ſed captiuitatem, feruitatem, mortem temporalē, ta-  
lesque id genus peccatas. Hæc igitur, nempe vitis & ficus, abla-  
tae ſunt quidem ab Hierusalem, traditæque ſunt gentibus, q  
volucrib⁹ coeli affimilantur, ob mentis ſuę levitatem atque  
dementiam; eoquæ quidem principi potestatis aëris ſubiecte  
fuerint: bestiis vero & reptilib⁹ propter effros mores affi-  
niantur.

Piij.

**Iudas** extruxit oppida m̄enibus cincta, demittit ignem in ciuitatem eius qui detinorat fundamenta eius, qui per va  
**Sophistice** nam sophistes scieriam, heretica dogmata munit extruit urbes m̄enibus cinctas, ceterum fundamenta, & subiecta, & principia talium urbium absimit ignis Euangelici & Apostolici sermonis, quem venit dominus tacer super terram.

**Quo pacto** igitur inquit hoc loco Marcus, in remissionē peccatorum? Dicimus quod p̄dicanter baptisnum poenitentiae, hoc est p̄dicanter quo fert baptismus poenitentiae, n̄e Satelles regis in remissionē peccatorum. Ut quādō dicimus: Venit qui dam satelles regis, p̄dicans ciborum p̄parationem, vt beneficiat his qui p̄parant cibos regios. non dicimus hoc quod satelles bene facturus sit his qui p̄parant regios cibos, sed quod ipse p̄dicarit p̄parationem ciborum, vt hi qui illos p̄paranterint, regemq; suscepint, beneficia cōsequantur. Sic igitur & hoc loco praecursor p̄dicanter poenitentiam, vt hi qui poenitentiam egerint, suscepito **CHRISTO**, remissionem peccatorum consequantur.

**Medici.** Sicut enim medici sunt in seū morbi v̄lceribus humore colligi, & deinde remedia apponunt. Ita & peccatum oportebat omnes suas species indicare, & deinde magnum medicum imponere pharmaca. Et propterē expectauit **CHRISTVS**, donec diabolus malitia m̄enstruam impleret, & tunc demum incarnatus est, & omne genus malitiae per sanctam vitam tuam sanavit.

Neque enim simplici aliquid & vñico bono affecti iam sumus, vt quicq; sit de futura gloria h̄astandū: sed gratia abundantia bona nobis impertit, q; haud secus habēdi sum⁹, ac ali⁹ magni- quispiā qui artis alieni sit obstrictus magnitudine, vbi cū li- bcris & vxore in carcere truditur, noa solū carcere & debita strictus. pecunia liberetur, sed donetur etiā talentis mille, inuestigq; in regiā aulam, dignetur honore amplissimo, sicq; demā ab Imperatore in filiū adoptetur: Ut itaq; sensim concludat, sic ingat: Iḡtū sicut per vnius delictum oīs boies percūt, sic per-

vnius iustitiam in omnes homines diffunditur gratia, hisque & iustificationē pro peccato redonat, & vitam pro morte.

Illud autem mortuus eram, duplī modo p̄t intelligi, vel quia deliqueran, vel quia actiori supplicio obnoxii sum affectus, quod sane non legis est crīmē, sed eius qui legē atten- derit. Exempli gratia: ægrotat quispiam, nec valetudine se a **Aegrotis**. sed & intelligit, accedēs medicus laborare h̄ic morbo signifi- cat, inquit, hoc illōue cibo abstineat, qui augere ægritudi- nem queat: sic ille cum medico nihil obtemperat, moritur.

Quemadmodum enim & medicus febribitati cuiquā, & **Febricitas** gelidā potionē int̄p̄stū optanti, quod minus explore fitibū dam illā permisit auiditatem, cō magis augabit, nō immi- niens, & medici officium sit potū ciuismodi interdicere, ægrotatis sine potiōe manere: Sic & lex ipsa homines istruiebat, vt hos à concupiscentia abigeret, voluntas tamē peccati oblectatione detenta, prauia hanc propagauit cupiditatem neque vnuam aliquod huiusc concupiscentiae genus, sed mul- tiplex & variū prosemittauit, mali enīx operata. Siquidem cum quis aliquid exequi, quod ferat animus, prohibetur, illico infant, & furit maxime, & peccatum tū magis patebit, cū lex præteritur: nam sine lege delictum emoritur, id est, nul- quam esse existimat. Legē autem extante, & decētia fugge rente, viuit peccatum, id est, extat, & delictum esse conuinciatur, unde scienter delinquunt, qui legēm transgrediuntur.

Quæret alius, quomodo id, inquit Apostolus, non in me habitat, hoc est, in mea carne bonū dicitā equidē cū cōstet hominē ex duob. esse cōpositum, anima scilicet & corpore, horū sane alterū ceteris dominatur, & praesidet, alterū vero, id est caro, vt serua obsequitur. Nō igitur inhabitat in carne quod bonū est, hoc est, non residet in corporis potestate, sed anima: quodcunq; itaq; destinauerit anima faciendū, & cor- pus faciat neceſſe est, neque id fecus se habet, quām si dixerit quispiam non in cythara esse, sed in cytharedo, vt pulcher a- quis, & concinnus edatur sonus, neque id, inquietus, cytharam ille insimulabit, sed organo illum & cythare p̄fāre mon- strabit, qui hanc ex arte oppulset.

Cythare-  
dus.

Neq; enim aliam C H R I S T Y S præter humanā hanc carnem assumptam, quam & sanctificauit assumptam, & coronauit condénatō peccato, quod carni inesset, quam suscepis-  
set, hanc ipsam ostendit nequaquam esse natura peccatis ad-  
dictum: nec secus C H R I S T Y S efficit, quam sacerdote quis-  
Molier in pia qui muliere aliqua in foro vapulante conspecta, ut eam à  
foro vapula-  
verberant manibus eruat, sc̄minae illius se vel priuata, &  
ans. infimæ fortis filium fateatur, cum regius sit.

Opifex.

Quemadmodum cum condenda est domus, in opifi-  
ce pendere omnia dicimus, tametsi ille id opus per se exequi-  
nequeat. Sed & materia est ad strukturam necessaria,  
& se iumentum ministrorum indiger opera. Sed quoniam  
illī absoluenda est domus, fatemur illius esse omne id o-  
pus: Sic item dicere de Deo solemus, & in cuius potesta-  
te cuncta consistere. Qui nihil à nobis nisi animi exigat  
promptitudinem, & quoniam finem ille rebus imponit, &  
benemerentes coronat, damnatque fontes, dicimus vniuer-  
sa in eius potestate consistere.

C I N S E C V N D A M A D C O R I N-  
thios epist. Cap. III.Argentum  
soli obie-  
ctum.

Quemadmodum argentum soli obiectum, ex solis oc-  
cursu micantes radies in solem ipsum reflechit: Sic & nos ba-  
ptismo accepto, purgati per spiritum, & huius splendore de-  
ni que illustri, fulgo rem & ipsi spiritalem quandam ex ad-  
uerso remitterimus, candemque imaginem à spiritu gloria in  
gloriam nostram, & claritatem transfrerimus, & talem in qua  
imaginem, quem decus est vt is fortatur, qui à spiritu domini  
nulli rīc obnoxio lucē acceperit: Dominus enim ille cum sit,  
& regiū habeat splendorē, fideles autem omnes baptisiū gratia  
spiritus sancto opplentur, & illarū est fulgentior anima, quā-  
doquidē & Moyses Dei gloriæ fulgore inspecko, in cuius glo-  
riæ imaginem est transformatus, hoc est, & ipsi diuinæ glo-  
riæ & splendoris participauit. Huius & facies resplendebat,  
cum ipse nostri preferret figuram.

## C I N Epist. ad Galat. Cap. III.

Fides.

Postquam, inquit, fides aduenit, quæ hominē reddit per-

fectionē, nūl vlt̄rā pædagogo subjicimur, qui sumus perfidem  
perfectionem adepti, & infantiam ipsam excessimus, quod autem sumus ex fide perfectiores, patet ex eo, quia ob nostrā  
in Christo fidem, Dei efficiunt filii, qui autem fuerit, vt in  
Dei filium suscipere tur, dignatus, nūl priorsus vel imperfectus,  
vel infans putandus est, cō fit, vt ridiculum videatur, vt qui  
iam in virum eualerit, pædagogi fit legi obnoxius: neq; em  
secus id videretur, quām si vbi dies illuxit, lucernam quis in-  
ticeretur, non solem.

## C I N Epist. ad Ephesios Cap. v.

Vt enim quāndiu opertum est vulnus, medicacionem. Vulnus  
nullam admittit: Sic & delictum cum fuerit resectum, in opertum.  
lucem conuertitur: non enim peccatum dixit, sed pec-  
cata patrarent: nam castigatus cum fuerit delinquens, &  
acriorib. verbis increpatus, & poenitidine venia cōsequitur,  
nōne huius omnes purgatæ sunt & abolitæ, quas antea pec-  
catorum mole obduxerat tenebrae?

Quemadmodum opuleatus vir quispiam, cum quem-  
piam viderit, vt sua diripiāt, & se inuidentem vt enecet, om-  
nia illi eximerid sc̄ gratia ab eodem discrimine permisstus  
est: Sic vos vniuersa offerte, vt in tuto sit caput, hoc est,  
fides ipsa.

## C I N Epistolam ad Ephe. Cap. 6.

Qui enim hereticorū in veritate succingitur? quin hu-  
mi reptant, & nihil queunt quod alcum sit & sublime, perno-  
scere, sed humanis sensibus terra serpentibus diuina conquī-  
runt, quādēcim neq; hi quidem, qui cum in humanis agunt,  
falluntur, cum mundi vacant deceptuculis, obducuntur hac  
veritate, sed ita in terram prostrati, falsis inhabitant rebus.

## C I N Epist. ad Colossem. Cap. I.

Qui dignos vos fecit.) Tanti inquit illius sunt munera,  
vt non modo opulentos reddiderit, sed & vires sufficerit, vt  
nihil immerito videamus ab eo opes has accepisse. exem-  
pli gratia: Imperator aliquis tenui cuidam & fortunæ ordi-  
doris, provinciam credidit procurandam, contulit quidem  
huic dignitatem, nihil tamen tanto magistratu dignum ef-  
fecit, vt pro merito & dignitate hanc gubernaret: quod fit,  
vt tantus illi delatus honos ridiculum sepe praetiterit, Deus Ridicul⁹.

## THEOPHILACTI

verò & nos honore prouexit, eisdemque, ad promouendum idoneos fecit, & minatur itaque honor cum ad manus accedit collata sufficientia.

### C IN EPISTOLAM AD THES-

saloni. i. cap. 4.

Terra.

Quemadmodum terra non modo quæ huic demandatur, producit: Sic & anima ipsa nequam esse debet preceptis fecisse iam satis contenta, nisi & factis illa excecerit.

### C IN EPISTOLAM AD THES-

salonicen. i. cap. 3.

Agricole

Nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram. Orabat, horum ut licet confpectu frui, nec sanè minori cupiditate, quām solet agricola quispiam, cum audit quem optimè coluerit agrum, fructus vberrimos protulisse, & reuiscere cundē, & oculis perlustrare mox cupiat.

### C IN CAPUT II.

Ignis.

Quemadmodum ignis suo fragore parva quædam & minuta animantia torpere cogit, & contrahi, consumitque vel antequām ea pertingat: Sic & C H R I S T U S vel folio iussu & eius afflato, spiritu sancti virtute oppleto, perditurus est illum, vel sola præsentia, & solo eius conspectu sedabit errorem.

### C IN Epist. ad Timoth. i. cap. 1.

Iustus.

Iustum autem hoc loco intelligi qui virtutem est affectus, qui nulla legis formidine, sed ex officio nequitum odit, & virtutē complectitur, & in eo superat legē, quia haudquaq; dignatur pro instruccióne hāc ipsam habere, quæ & flagrabit intendat, si labitur, & supplicia cōminetur, sed magno animo perstat, vt qui in virum evaserit, & quæ viri sunt sapiat, & iam ex ephesis exciserit. Sicuti & medicus vulneribus affecto & agrotanti ad medelam paratus est, non ei qui prospecta rati corporis valetudine. Et frena equo lascivienti & effrenato non ducū faciliter imponuntur.

Medicus.

Frena.

Lucerne

Lux.

Quemadmodum noctu lucernæ lux omnis à lunæ fulgore obtenebratur, si fuerit sub diuno exposita: Sic legis iustificatio C H R I S T I occultatur iustitia, & planè tollitur. cum enim C H R I S T U S apparuit solis instar, tenebris legem offudit, peccat itaque & insipiens est, qui lu-

## SIMILIA.

118

mine vtitur, micante sole.

Honor autem & gloria non quæ verbis s'linim, sed & operibus confest. Ille enim gratos vos arguit. Hęc verò regis imitatores, quod sanè præstatiū est, atqui gloriam, quæ verbis exprimitur, à nobis deposit, vt se non solum p̄t collamus, sed animum ipsum penit is intendamus, geramusque illi mōrem, vt ex h̄c & ipsi proficiamus, nec secus ac solent, qui solis splendorē cum spectant, & demirantur, eo fulgore delectati sibi profuerunt, & eodem illo cum aliquid his est operandum, fruuntur, vt contrà qui solaris sunt nesci claritas, sibi officiant maximē, quia nullo in opere vii hac possint. Ductas ex Quemadmodum qui duclate exercitū vclit, vt optimū milite teni anteā egerit, necesse est: Sic & præceptor em oportet his esse virtutibus prædictum, quas postmodū sit à discipulis ex - acturus. Inde nanq; ediscim̄s, & si docēdi officio fungimur, quemadmodum instruere alios debemus is.

Quos tradidit satana vt discant non blasphemare.) Di- cet aliquis, si alios satan castigat, cur non scip̄im emendar? non enim vt castigat dixit, sed castigandos, quippe qui nemini Carnifex ipotest nisi dei permisso obesse, sicuti & carnicies ipsi, & si nequissimi sint, morte tamen damnatos conficiunt, & multis, vt recte vivant, causam prætent.

Verum quomodo, aliquis dicit, satan tradebantur? qui enim contumax esset, & minus obediens, extra ecclesiā emittebatur, ejiciebatur, q; à cetero grege, & nudus mox & deseritus, lupis dedebatur in prædam: nam quemadmodum olim nubes tabernaculū obducebat, sic Christi Ecclesiam spiritus: Ecclesia quicunq; ergo ex Ecclesia fuerit eiektus, & spiritu sancto priuatus, erit hic misér, per facilis in capturam, tanti est ab alio sum confortio & communione repellit.

### C IN CAPUT VI.

Ei inserviunt se doloribus multis.) Quippe qui hac cupiditate tenentur, inercent dum vivunt, & dolent quod explorare audiſſimum habendi animum nequeant. Bene au- tem inservierunt dixit: sunt nanq; sentibus similes curae di- Sentes. uitiarum, vt testatus est dominus, quæ vnde quaque ubi ipse attigeris, innatis aculeis manus cruentant, infliguntque vul- nera, & doloribus angunt.

## THEOPHILACTI

IN.2.ad Timoth. Epistolam cap.3.

Erunt enim homines seipios. )Statim malorum omnium causam produxit in medium, quod suis quisque magis proficiat, quam proximi, commodis. Ei namque qui suis ipsis duntaxat trahitur charitate, accidit saepe ut nec ipse se amet.

**Membra.** Nam quemadmodum solet & in membris contingere, quorum cum vnu aliquod leditur, & reliqua laedantur neccesse est quod vitie, & edificia patiuntur. Sic dici & in Ecclesia potest, qui proximum negligat, & ipsum se curer, ab ipsi officere.

**CIN** Epist. ad Hebreos cap.9.

**Peritissimi** Quarit Gregorius Nysses, cur in seculi consummatione carnem affumperit filius. Aitque, quemadmodum enim peritissimi medici, febre adhuc in praecordijs permanente, & medici. agroti corpus acris diuexante, & agritudinis fomentis adauita magis incensa que, nullam afferunt languenti mediam, quia languoris causas tollat, sed & morb. increbat operiuntur. Sic & vobiscum agit animarum medicus ille : experietur enim vt prouersus omnis retegatur negotia, vt nihil maneat ex his quae recondita sunt incuratum, sic demum retectis ille & patentibus malis medebitur.

**Medendi** Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. )Ex oblitorum hac vilitate, & morbi ipsius magnitudine, dicta sua confirmat. Perinde ac si quis piam medendi peritus, si elephantic morbo, affecto cuiquam in medelan dari linozofam herbam perspererit, dicat necesse est, nequaquam post hanc herbam elephantic illi, gestuere sanitatem.

**CIN CAPUT X.**

**Belua irritata.** Vt belua aliqua irritata, non ante saevore desistit, quam aliquem arripiat, lacet et que, & vorans expluat iram. Sic & ignis æmulatione ductus, & zelo vlcscendi mandatorum transgressus, ob idque deflexuiens, quemcunque corripiat, depascitur semper.

**Christi** Quemadmodum nullam habemus eorum quæ pedibus pressimus, rationem. Sic & Christum nihil ducimus, quim ad tempus. peccandum prouochimur.

## SIMILIA.

234

**PARABOLAE SIVE SI-**  
**MILITVDINES EX BIBLIIS SA-**  
**CRIS DESVMPТАХ PER ALAR-**  
**dum Acimstelredamum.**

**DE TERTERONOMII CAP. I.**

**ORTAVIT** te dominus Deus tuus, vt solet homo gestare parvulum filium, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens, persecutus est vos (sicut solent apes facere) & cæcidit vos,

2. Ut audita fama tua paueant, & in morem parturiētum dolor et teceantur.

3. Percutiat te dominus amentia, & cætitate ac furore mentis, & palpes in meridię, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.

32. Stillet sicut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquiuū meum. Quasi hymber super herbam, & quasi stillæ super germina.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpfit eum, atque portauit in humeris suis.

Numeri. 11. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem vel genui eam, vt dicas mihi : Porta eos in finu tuo, sicut portare solet nutriti infantulum, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum?

22. Ita debeat populus hic omnes qui in vestris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vires ad radices carpere.

23. Ecce populus vt leena consurget, & quasi leo erigitur, non accusabit, donec devoret prædam, & occisorum fanum bibat.

1. Reg. 26. Egressus est rex Israël, vt querat pulicem vnu ficit persequitur perdix in montibus.

2. Reg. 1. Doleo super te frater mi Ionathan d'core nimis & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater vnicu

amat filium suum: Ita ego te diligebam.

2. R.c. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat, qui abiectus est.

2. Reg. 17. Tu nosti patrem tuum, & viros qui cù co sunt esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vsa captis catulis in saltu sequat. Eodem. Et fortissimus ipse, cui⁹ cor est quasi bouis, pauro soluetur. Eodem. Et opetiemus eum, sicut cadere solet ros super terram.

23. Sicut lux auroræ oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluvijs germinat herba de terra. Ibidem. Praevaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi.

¶ Ad hunc ordinem referendum est quod scriptum est. 3. Reg. cap. 4. Locutus est quoq; Salomon tria millia parabolæ, & fuerunt carmina eius quaque millia.

3. Reg. 14. Idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad partem, clausum & nouissimum in Israël, & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mundari solet finius usque ad purum.

Ibidem. Et percutiet dominus Deus Israël, sicut moucrio let arundo in aqua.

Eodem. Cui exprobasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos, contra sanctum Israëlm?

4. R. 19. Facti sunt velut foenum agri, & vires herba etorum, quæ arcuata est antequam veniret ad maturitatem.

21. Et delibo Hierusalem, sicut delcri solent tabulae, delos vertam & ducam crebris fistulis super faciem eius.

Esdæ quarto, capite primo: Nōn uero vos rogauit v̄pa ter filios, & matr̄ filias, & vt nutrit parvulos suos, vt essetis mihi in populo, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios & ego vobis in partem? Ita ego vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas.

Cap. 2. Ve tibi Aſſur qui abscondis iniq̄uos penes te. Gēs in illa memorare quid fecerim Sodome & Gomorræ, quorū terra iacet in piecīs glebis & aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me non audierunt, dicit dominus omnipotens.

Mater amplectere filios tuos, educa illos cum laetitia: Sicut

columba confirma pedes eorum, quoniam te elegi, dicit dñs.

Esdæ. 4. cap. 4. Q uemadmodum enim terra sylva data est, & mare fluctibus suis: Sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt, & qui super cœlos, quæ super altitudinem cœlorum.

Q uemadmodum enim illa festinat quæ parit, effugere necessarium partus: Sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt.

4. Edræ. 8. Q uomodo autem interrogabis terram, & dices tibi, quoniam dabit terram, multò magis vnde fiat tibi fructus, paruum autem pulucrem, vnde aurum sit: Sic & actus præsentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur.

Cap. 9. Sicut enim omne quod factum est in seculo, initium habet pariter & consummationem, & consummatio est manifesta: Sic & altissimi tempora initia habent manifesta in prodigijs & virtutibus, & consummationes in actu & in signis.

Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam, quoniam plures sunt qui perceperunt quām qui salvabuntur. Sicut nulliplicatus fluitus super guttam.

Responde ad me, & dixit: Q ualis ager, talia & semina, & quales flores, tales & tinturæ, & qualis operator, talis & creatio, qualis agricola, talis cultura, qm tempus erat seculi.

Ecce consuetudo est, vt cum acceperit terra semen, vel nūc mare, vel vas aliquod escam vel potum, cum fuerit exterminatum id in quo seminatum est, vel in quo missum est, simul id quod seminatum vel missum est, vel quæ suscepta sunt exterminantur, & suscepta iam non manent nos. Sed nobis sic non factum est, nec quidem qui legem accepimus, peccantes periuimus, & cor nostrum, quod suscepit eam. Nam lex non perficit, sed perficiens in suo labore.

4. Edræ. cap. 16. Q uemadmodum prægnans cum parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus eius, ante horas duas vel tres, dolores circumcunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre, non tardabunt uno punto: Sic non morabuntur ad prodeendum super terram, & seculum gemet, & dolores circum tenebunt illud.

## ECCLESIASTICI

Eodem. Quomodo zelatur fornacia mulierem idoneam & bonam valde: Sic zelabitur iustitia iniquitatem, cum exornat se, & accusat eam in facie, cum venient qui defendant exquirentem omne peccatum super terram.

Vae qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à sylva & spinis tegitur, summa eius, per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuotionem ignis.

### LECTORI.

In proverbiis plures sunt similitudines, quām ut nūmenum cārum p̄ er lequā laborem, qui volerū indidem mutuerū licebit.

Eccle. 1. Qui nunc versantur in terra, affidū ad interitum properant, & alij in corum locūm succrescent: terra interī immota manet, veluti theatrum, in quo hac fabula peragitur.

Cap. 2. Vidi tantum inter sapientem & stultum interesse, quantum interest inter lucem & tenebras.

Quia non erit diuturna memoria sapientis, magis quām stulti: quomodo enim id quod olim fuit, obliuionē nunc traditū est: sic & id, quod nunc est, subsequētibus annis obliuionī traditū, & æquā moriuntur sapientis atque stultus.

Cap. 4. Non minor fuit numerus eorum qui senem hūc olim sequabantur, cū regio preficeretur, quām nunc est qui nouum hunc ambient, & sicut grauis illis superioribus vita est potestas regia illius, qui nunc contemnitur: Ita & huius qui nunc tantoperē placet, grauis videbitur.

Cap. 5. Sicut diurna cura gignunt somniā: Ita multa verbū stultani faciunt orationem.

Sicut in multis fonijs multa sunt vana: Ita & in multis verbis.

Sicut nudi egressi fuerū ex vtero matris: Ita nudi cō reuertentur, vnde prodierūt, neque ulli quicquam eorum hinc secūm asportabūt, que tantis molestijs conquisi erunt.

Cap. 7. Qualis enim est strepitus stipularum ardētium sub olla: talis est risus stultorum.

Fecit dies hominis Deus similes vmbre, de qua post obitum quis audicabit?

Cap. 9. Nec magis nouit homo tempus mortis sui,

## SIMILIA.

121

quām pisces priusquam hamo capiūtur, vel aues priusquam laeqeo irritantur. Sicut enim capiuntur illae, sic mors de unproviso homines illaqueabit.

Cap. 10. Sicut muscae in vnguentum quantumuis fragrās collapſe, si illic moriantur, vnguentum corruptunt, & bullis veluti ūcabit obducunt: Sic parua ſaepē ūlūtia homini ob ūalentiam, & reliquas naturae dotes claro, multum existimationis adimit.

Serpens qui non adito ūibilo mordet, per omnia delatori ūilis est.

Cap. 11. Sicut ignoras, quomodo anima ingatur corpori, & ūila compingantur in vtero pragnantis: Sic nunquam intelligere poteris rationem ullius eatum rerum, quas Deus fecit multas & varias.

Cap. 12. Verba ūipientum ſunt veluti ūimuli, & veluti clavi viri studiosi, qui alij ūiculāt, que ab uno paſto Deo, vt illis excitemur, donata ſunt ipſis.

Ecclesiast. 2. Quoniam in igne probatur aurum, & homines receptibiles in camino humilitatis. Sicut aqua extinguit ignem, ita eteemosyna peccatum.

9. In manu artificium opus laudatur, & princeps populi ūapiens in sermone ūuo.

11. Perdix capta in cauea: Sic cor ūerbi, & vt prospēctor ascends ad casum, nam bona in mala conuertens infidatur, & in dictis impone maculam. At ūintilla parua augetur pruna, & homo peccator ad ūanguinem infidatur.

12. Ne credas inimico tuo in ūeculum: Sicut enim æcrujinat: Sic nequitia illius: & si humiliatus fuerit, & vadat incurvatus, ūerpone animam tuam, & caue ab illo, & eris ei vt qui abſtrusū ūpeculum, & cognosces quod non in ūinem terfit aruginem.

Quis miserebitur incantatoris, à ūerpe morsi, & omnium accedentium bestias? Sic eius qui accedit virum peccatorem, & qui commisceret in peccatis eius.

13. Quid communicabit lupus agno? Sic peccator ad impiū. Quae pax hyenæ ad canem, & quae pax diuiti ad pauperem? Venationes leonum onagri in deferto: Sic parua diuitium, pauperes.



14. Sicut folium dense germinans in arbore, alia quidem dejicit, alia autem producit: Sic & generatio carnis & sanguinis, alia quidem, floritur, alia autem gignitur.

15. Iurationi non assuefas os tuum, & nominationi sancti non assuefas. Sicut enim seruus qui scrutatur assidue, à vibice non minuitur: Sic iurans & nominans semper, nō purgabitur à peccato. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius flagellum.

16. Sicut gutta aquæ à mari, & sicut calculus arenae: Sic mille anni in diebus seculi.

Eodem. Nōnne ardorem sedabit ros? Sic melius verbum, quam donum.

17. Qui ædificat domum suam in pecunij alienis, quasi qui congregat sibi lopides ad tumulum sepulchri sui. Stupa collecta synagoga impiorum, & consummatio illorum, flamma ignis in perditionem.

Cognitio sapientis, tranquillam inundatio abundabit, & consilium illius, sicut fons purus vite. Interiora fatui quasi vas fractum, omnem cognitionem non tenebit in vita sua.

Eodem. Sicut ascensus arenosus in pedibus senis: Sic mulier lingua viro taciturna.

18. Connexio lignea ligata in ædificium in concussione non dissoluetur: Sic cor firmatum in cogitatione consilij, in omnitempore timore non timebit.

Suffragia in alto posita contra ventum non permanebunt: Sic cor timidum in cogitatione fatui contra omnem timorem non sustinebit. Ante ignem vapor camini & fumus: Sic ante sanguines conuicia.

19. Narratio pīj semper in sapientia, & stultus sicut luna mutatur.

20. Fidelissimo multos perdidit diuites, & commouit, illos quasi fluctus maris.

21. Equus non dominus euadit durus, & filius dissolutus euadit præcepis.

22. Fornax probat ferrum inationem in tintura: Sic vim in corde superborum in ebrietate.

Eccle. cap. 21. Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius in-

terficies animas hominum, quasi romphea bis acuta, ho-  
minis iniqitas, plaga illius non est finitas.

23. Sicut cōmunicabit lupus agno: Sic & peccator iusto.

24. Contra malum bonum est, & contra vitium mors: Sic & contra virum iustum peccator.

25. Sicut ferramentum eruginatum, sic nequitia illius.

26. Post inuercundum oculum caue, & ne mireris si in

te errauerit. Sicut sitiens viator os aperiet, cum inuenerit fontem, & ab omni aqua proxima bibet, contra omnem patrum sedebit, & contra sagittam aperiet pharetram.

In duobus contristati est meum cor, & in tertio ira mihi aduenit, vir bellator deficiens per inopiam, & viri prudentes si contemnentur. Rediens à iniustitia ad peccatum, Domini parabit eum ad rompheatam. Difficile exiutur negotiator à deceptione, & non iustificabitur capo à peccato.

27. Bonum iugum concussum, mulier nequam: qui domina tur illi, quasi qui apprehendit scorpionem,

In medio compaginum lapidearum figetur palus, & in medio vēditionis & cōmptionis cōprimetur peccatum. In cōcussione cribri permanet stercore: sicut polia hominis in cogitatione illius. Vasa figili probat fornax, & tentatio hominis in cogitatione illius. Culturam ligni ostendit fructus illius: Sic loquutus cogitationis in corde hominis. Leo venationi insidiatur: Sic peccatum operantibus iniquitatem.

28. Quasi qui apprehendit umbram, & qui persequitur ventos: Sic qui intendit in somniis.

29. Homo peccator declinat correptionem, & secundum voluntatem inuenit consonantiam.

30. Rota currus præcordia fatui, & quasi axis versatilis cogitatio illius.

Quasi lotum figili in manu ipsius omnes vice eius secundum beneplacitum ipsius: Sic homo in manu cuius qui fecit eum, ad reddendum eis secundum iudicium suum.

31. Qui intingitur à morbo, & iterum tangit eum, quæ vtilitas in lauachro illius: Sic homo qui ieunat in peccatis suis, & iterum vadit & hec faciens: Orationem illius quis exaudiet? & quid proficit, humiliando se?

35. Speciosa misericordia deit in tempore tribulacionis, quati nubes pluia in tempore siccitatis.  
40. Opes iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut toneruum magnum in pluvijs personabunt.

**S A P I E N T I A E.** 2. Et transibit vita nostra tanquam vestigia nubis, & sicut nebula dissolutetur, qua fugata est a radijs so lis, & a calore eius aggrauata.

Sipien. 5. Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius præcurrentis; & tanquam nauis qua penetrat fluctuanti aquam, cuius cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carina illius in flutibus; aut tanquam aeris que transvolat in aere, cuius nullum intueritur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberrans leuem ventum; & scindens per vim itineris a trem, comotis aliis transvolant, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius; aut tanquam sagitta emissa in locum d. statutum diuinus aer continuo in le reclusus est, ut ignoretur transitus illius. Sic & nos nati continuo desimus esse, & virtus quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam spes impiorum tanquam lamugo est, quae a vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quae a procella dispergitur: & tanquam fumus qui a vento diffusus est. & tanquam memoria hospitis vniuersitati prætereuntis.

16. Ingrati enim spes tanquam hymalis glacies, tabescet & fluent quam inutilis.

**I O B.** 5. Antequam comedam, suspiro, & tanquam inundantes aquas: Sic rugitus meus. 5. Per diem incidentes tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Eodem, Ingredicris in abundantia l. pulchrum, sicut infertur acerbus tritici in tempore suo. 6. Fratres mei præterierunt me, sicut torrentis qui raptim transit in cornu libus. 7. Sicut certus desiderat umbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: Sic & ego possedi menses iniquos, & noctes laboriosas etumerai mihi. Eodem. Sicut consumitur nubes, & pertransit: Sic qui descendit ad inferos, non ascendet.

8. Sicut umbra, dies nostri sunt super terram. 8. Nunquid vitare potest scirpus absque humore? aut crescere carebit?

sine aqua? Cum adhuc sit in flore, nec carpitur manu, ante omnes herbas arefcit: Sic viae omnium qui oblitus cunctur. Dei, & spes hypocrita peribit. Non ei placebit recordia sua, & sicut tela aranearum fiduci ei. 9. Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. 11. Vir vanus, in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri, se liberum natum putat. 12. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare faciet quasi ebrios,

13. Qui quasi putredo consumendum suum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. 14. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Eod. Quomodo si recidant aquae de mari, & fluuius vacue factus arefcat: Sic homo cum dormierit, non resurget, donec atteratur celum, non euigilabit, nec confundetur de somno suo. 15. Laedetur quasi vinea, in primo flore botrus eius, & quasi oliua projiciens florem suum.

20. Hoc seculo a principio ex quo posito est homo super terram. Quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocrita ad instar puncti. Si ascenderit usque ad celum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit. Qui quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderat, dicent: Vbi est? Velut secundum auolans non inuenietur, transierit sicut visio nocturna. 21. Erant sicut paleante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit.

24. Ad nimium calorem transierit, ab aquis nimium, & usque ad inferos peccatum illius. Sicut aestus & calor absorbent aquas nimii: Ita infernus eos qui peccauerunt. Eod. Et sicut summitates spicarum conterentur. 27. Si comportauerit quasi terram argentinum, & sicut lutum preparauerit vestimenta, præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentinum innocens diuidet. Adificavit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum. Et velut turbo rapit eum de loco suo. 29. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Expectabant me sicut plumiam, & os suum aperiebat quasi ad imbrex serotinum. 30. Abstulisti quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransierunt latus mea. 32. Plenus sum enim sermonibus, & coartat me

spiritus vteri mei. En venter meo quasi inustum absque spi-  
raculo, quod lagunculas nouas dilatavit.

**EX PARAPHRASTICA**  
interpretatione in Psalmos omnes per  
JOANNEM Campensem.  
PSALMVS I.

Modis cunctis beatus est ille vir, qui non fecutus est  
confilium eorum, qui sine certa lege viuent, neq; socius fuit  
eorum qui studio faciunt male, multo minus co dementie  
peruenit, at impostorum illi vita placuerit. Q uin potius in  
doctrina domini totus erit, & doctrinam illius animo vol-  
uere & reuelare nocte ac die. Q uare similis erit arbori  
plantatae iuxta riuulos aquarum, quae fructum maturum  
proferet tempore opportuno, cuius ne unum quidem folium  
marcescet, & queritur quinque illa fructum protulcrit, utilitatem  
ille adferat aliam.

Longè aliter cueniet impijs ex legibus: erunt enim velu-  
ti festuca, quae ludibrium est venti.

Psalm. 2. Q uando enim videbitur illi, loquetur tan-  
quam iratus cum eis, & veluti graniter, commotus turbabit,  
& irrita faciet omnia confilia eorum.

Tanq; tibi erit facile, si rebellare voluerint, confringere  
illos sceptro tuo ferro, & potestate regia, quam figulo fran-  
gere vaculum quod paulo ante finxerat ipse.

3. Exurge domine, & eam securitatem reddre mihi:  
serua me misericors, qui percutere soles omnium inimi-  
corum meorum maxillas, & ignominios veluti colaphum  
impingere illas, & dentes impiorum male de me loquac-  
tum confringere.

5. In sermone hostium meorum nihil est, cui tutio fi-  
di possit, animus illorum spurcitus plenus est, sepulchro  
patenti & cadaverum pedore referto simile est guttur il-  
lorum, per quod crumpit venenum quod gestant in pe-  
ctore, & palam fit ex verbis illorum ( quantumvis ad fal-  
lendum composita fuerint) aliud habere illos in ore, aliud  
in pectore.

7. Si enim qui dux est horum comprehendenterit me,  
non aliter dilaniabit quam leo ouiculam solet, quam ne-  
mo à fauibus eius eripit. Præparata apud se habet tela  
mortifera, parabit ea, quomodo solent qui ardentissime per-  
sequuntur aliquem.

10. Modis omnibus, omni tempore nocere conabitur, quæ  
interim de illo altissim: statuis, penitus ignorat, sed veluti fu-  
ribundus & cæcus aduersarios suos vniuersos vel solis minis  
perditurum se confidit.

Insidias collocabit in occultis non minore crudelitate  
quam leo insidiatur ouicula ex antro suo: insidiabitur enim  
in hoc, ut dilaniet eam, quo viribus superior erit: dilani-  
abit autem absque villa commiseratione quicunque in illius re-  
te incidrit.

11. Cum in domino spem meam posuerim, qua fronte ri-  
dere audebitis me, dicentes: fuge de monte in montem, si-  
c ut soles cum tuis, & absconde vis quam te in antro, sicut con-  
suevit passer.

12. Verba & promissiones domini candidissimæ sunt, ipso  
argento igne diligentissime expurgato puriores, à quo arte  
& invenientiis ad eam rem aptis ablutum est quicquid inerat  
terra impiorum, idque scpties repetita purgatione.

14. Mirum profectò eos quibus mandata fuerat cura ple-  
bis, ponuisse eo amentiae peruenire: ut licere credant: oppri-  
mere miserios, & deuorare populum meum non maiore com-  
miseratione, quam deuorari solet fructum panis, re ipsa cer-  
te videntur deo nihil vnuquam legisse, & offici sui parum  
memores esse.

16. Opposui veluti scopum ante oculos meos semper do-  
minum, qui quia adest mihi ad latus dexterum, nemo perde-  
re poterit me.

17. Me autem custodi ea diligentia, qua custodiri solet pu-  
illa oculi, sub umbra alarum tuarum absconde me.

Liber me à metu impiorum qui subiectere student me,  
& hostium qui supplicare conantur me. Q ui tam sunt pasti  
benz, & obæsi, ut artuina obstructa videantur ora illorum, qua-  
re contemptim & cum fastu de alijs loquentur,

Q uisquis illorum similis est leoni, qui maximo studio in-

hiat prædæ, & catulo leonis qui insidiatur ex locis occultis  
prætereunti ouicula.

18. Dominus instar rupis, & turris semper fuit mihi: ser-  
uator meus, dux mens & fortitudo mea, quare spem meam  
collocabo in eo, qui p[ro] clypeo fuit mihi cornu salutis, & ipsi-  
fima mei protectione semper fuit ipse?

In prætemporibus periculis mortis cōstituit[ur] erā, veluti cin-  
etus vinculis mortiferis: torre[t]es enim diaboli terrebant me.

Ascendebat fumus ab ira ipsius, & veluti ignis ab ore il-  
lius cuncta devastans, carbones accendebat[ur] ab ipso.

Fecit tenebras latibulum suum circum se, in modū tugu-  
rij habebat obscurissimas aquas, & densissimas nubes.

Praefulgore quo apparet iustus, densissima illa nubes ab-  
eunt ad hostes, vna cum grandine, & veluti ignitis carbo-  
nibus grandine permixta.

Ips[us] fecit ut pedes mei non minus essent veloces quam  
sint ceruorum, & quoties opus fuit, veluti in æditis locis, ybi  
tutò mihi esse licet, collocauit me.

19. Estque per similes soli p[ro]p[ter]e sponsi, qui exurgens egre-  
ditur de thalamo suo, gestiens tanquam vir strenuus ab-  
solvere cursum suum.

Iudicia dñi ipsa sunt veritas, & modis oībus æquissima.

Amabilia sunt ipsa magis quam aurum etiam si purissimum sit & plerimum: & suauiora sunt melle & fauo mel-  
lis dulcissimo.

21. Aestuare facies eos tanquam furnum incensum, quo  
tempore iratum te illi ostendens domine, ita tua dissipabis  
eos, & deuorabit eos ignis.

Conati sunt enim criminē tibi impingere, idq[ue] magno stu-  
dio, sed perficie non potuerūt. Quare sepones eos ab aliis,  
& facies eorum tanquam scopum sagittis tuis assidue petes.

22. Ego verè vermis esse videor magis quam vir, ster-  
quilinū Adae & infirmæ plebis fex.

Aperuerunt aduersum me os suum, non aliter quam leo  
inhians præda & præfame rugiens. Tanquam aqua fluidus  
fatuus sum & soluta sunt omnia membra mea, cor meum ve-  
luti cera defluxit intra præcordia mea.

Exaruit tanquam testa omne robur meum.

27. Absconditeret enim tum tum in tabernaculo suo, nec  
sineret vñquam sentire me incommodi quicquam: occulta-  
ret me in penetralibus domus suæ, & velut supra petram ho-  
stibus meis inaccessam, collocaret me.

Ostende mihi domine viam qua itur ad te, & porrecta  
manu (quæadmodum parvulo mater solet) duc me per semi-  
tam rectam, ne hostes mei viam intercipiant mihi.

29. Confringit dominus cedros Libani. Et subtilire fa-  
ciet instar vituli Libanum, & ipsum montem Siron non ali-  
ter quim pulli solent vnicornium.

Tu p[ro]fecto domine muniriisti id quod præcipuum est,  
& velut mons in me munitione firmissima.

32. Quia per diem & noctem ingrauecebat manus tua  
contra me, sic mutatus sum: vt ex succulento factus sim ari-  
dior, quam sunt aristæ in media messe.

Tanquam ne similes efficiamini equo vel mulo, qui non  
solum nihil intelligit beneficiorum in se collatorum: sed capi-  
istro vel freno os eius constringere oportet, ne appropin-  
quet & mordeat vos.

33. Verbo domini cœli facti sunt, & spiritu oris eius vni-  
uersus ornatus eorum. Colligit veluti in cumulum aquas ma-  
ris, & concludit certo loco seruandas abyssos, non aliter  
quam thesauri solent.

35. Conuertantur in fugam & infames fiant, quotquot  
machinantur mala mihi, fiant similes festuæ, quæ raptiatur  
flati venti, & angelus domini insequatur eos.

37. Nihil te moueat si sceleratos videris opulentos, nec  
illis inuidas prosperitatis tantillum. Similes enim deprehé-  
dentur sceno, quod exortum minimo durat tempore, & her-  
barum similes erunt videnti quæ marcescit subito.

Committe domino statum rerum tuarum, fide illi, opti-  
ma enim fide curabit & te & tua omnia. Et faciet vt tam fir-  
mispica iustitia tua, quam est lumen solis: & æquitates tuæ  
(hic nunc non nihil obsecrunt in piorum felicitate) tam  
claræ fient quam est sol in ipso meridie.

37. Impij peribunt interim, & inimici domini non ali-  
ter quam adeps agnorum qui adoletur super altare, fine ca-  
piente, vna cum fungo deficient.

Vidi impium potenter & virentem & similem lauro  
quæ viræ perpetuæ. Sed paulò post obiter præteriti locum  
in quo antea floruisse illæ, verum inueniri non potuit, eua-  
nuerat enim.

38. Ego verè tanq; surdus audire dissimulabam, & factus  
sum veluti mutus non aperiens ad respondendum os suum.

Et similis eram viro qui nihil audit, nec diluit quæ illi  
objiciuntur criminæ.

39. Conculuit intra me cor meum, & quum animo reuol-  
uerem quibus in malis essem, nō aliter æstuabam quām si ignis  
intrâ me arderet.

40. Quomodo cœrius anhelare solet ad riuelos aqua  
plenos: Ita anhelat anima mea ut perueniat ad te.

Abyssus vna aliam inuitat sono, qualem ædere solent ca-  
taractæ tue maximum.

44. Similes nos fecisti ouibus mactationi destinatis.

45. Erumpit ex corde meo sermo optimus, quem vna  
cum reliquis operibus meis dedico regi, & lingua mea non  
minus promptè excipit, quæ illi suggesterit animus, quām scri-  
bir calamo is qui scribendi est pectifimus.

46. Dominus, in cuius potestate sunt omnes, exercit ad-  
est nobis: instar firmissimæ basis est nobis Deus Iacob.

48. Terror inuasit eos ipso in loco, & dolor qualis mu-  
lierem solet parturientem. Fracti sunt animo quomodo  
tempestate ab orientali plaga exorta, confringi solent na-  
tues Tharsis.

49. Sicut oves deducuntur ad infros, ubi pabulum  
erunt morti perpetuae, & triumphabunt de eis iusti tem-  
pore matutino.

52. Sermonem pestilentem suppeditat sceleratus animus  
linguæ tue, qua simillima est nouacula acuta quæ ad fe-  
candam barbam adhibita, aberrat & ingulum petit.

Ego interim similis ero oleæ virenti, idq; in domo Dei.

53. Ignorare ne potuerunt scelerati illi, qui deuorât ple-  
beulam meam nō aliter, quām decuorari solet fructu panis,  
non hæc licere illis: nihil vñquām de Deo legerunt?

55. Blandius fecit quisq; eorum os suum lacte, quū tamē  
prælium institueret in animum, gratiostiores visi sunt sermo-

nes eorum quoquis vnguento, quum re ipsi essent gladij.

57. Versari cogor inter leones potius quām homines, &  
dormire inter furiolos: & homines quorum dentes similes  
sunt lanceis & sagittis, & lingua gladio acuto.

58. Venenum eorum simile est veneno serpentis, & cal-  
lidissimæ aspidis vltro obscuræcentis & obturantis aures  
sias, vt non cogatur audire vocem eorum, qui murmur re-  
fusui fallere illam conantur, etiamq; incantandi artibus sint  
instrutissimi. Diffundant sicut aquæ natura labiles, sagittæ  
quæ iaculantur inter volandum confringantur. Similes fiant  
limaci, qui inter sependum colliquescit, & abortiu, vel tal-  
pæ quæ non videt solem.

59. Reuertentur ad vesperam, oblatrabunt tanquam ca-  
nes, ad ciuitatem circuibunt.

61. Tu autem spes mea semper fuisti, & instar turris mu-  
nitissimæ contra hostes.

63. Deus potestissimus mihi Deus es, quare summo studio  
mane querar te: situit enim te anima mea, desiderauit te ca-  
ro mea in terra hac deserta, & propter inopiam aquæ perpe-  
tua ficitatis damnata. Nō aliter quām terra hac aquam de-  
fiderat, ego te ī loco sanctitati tue destinato videre cupui, &  
contemplari potentiam & maiestatem tuam.

Non aliter quām si adipe & pinguedine veluti delicatis-  
simis cibis, tum saginabitur anima mea, quam labijs exulta-  
tione plenissimæ laudes tuis decantabit os meum.

64. Absconde me à multitudine prænorum, secreto con-  
sultantium aduersum me, & à conspiratione sceleratorum,  
Qui exaceruerunt non aliter quām exacui solēt gladij, linguas  
sias: sagittas, quibus peti hostes capitales solēt, similes factas  
est virulentus sermo illorum.

78. Mandauit ergo nubibus quæ supra eos in aere pen-  
debant, & tanquam ianuas cœli aperuisset, nubes ipsas rupit.  
Et in modum pluiae decidere fecit inter eos Man, frumenti  
genus nunquam vistum hominibus.

Edixit autem illinc ex Aegypto tāquam oves populum  
suum, & deduxit eos tanquam gregem per loca deserta.

Et experefactus est tandem dominus quomodo solet q  
vnu obratus post longum somnum redit ad se, & iterū vine-

exhilarans fese fortiter pericula aggreditur.

84. Quām amabilis sunt tabernacula tua domine exercitū: Sic amore capiebatur, vt vix esset apud se anima mea, quoties mentio fiebat atriorum domini.

Qui diligenter protegere nos soles quām vllum possit scutum, aspice Deus.

83. Deus fac sicut quoq; tam instabiles, quām est vlla rotā, & similes festucae quāz non potest re sistere vento.

Sicut ignis in sylua immislus, & flāma in cacumen montium, quāz per obvias duas volitans vastat cuncta absque vlo impediamento: Sic tu persequere eos tempestate misa abs te, & excitato turbine perturba eos.

89. Tu percussisti potentissimum illum Aegypti regem, non maiore negotio, quām si res tibi fuisset cum aliquo viribus omnibus dēstituto.

90. Velocissimē properare annos hominū iubes, & prius quam ad se reuersus homo cogitet quid sibi in via acciderit, clapsos sentiet illos veluti somnium quoddā: manc enim initio vitā tanquam herba quedam succrescit, & aliiquid esse apprehendit. Mane inquam virebit, & aliquo vsque succrescere videbitur, & ad vesperam verò succidetur & arescit.

92. Quid vīcre videtur impij sicut gramē terrae, & florere plurimi homines scelerati, non hoc felicitatis eorum putandum est, sed damnationis perpetuā argumentum. Iustus quemadmodum p alma florebit, & sicut cedrus in Libano in altum succrescit.

97. Montes tanquam cera soloti sunt, & prae metu apud se non fuerunt propter presentiam domini.

102. Conflūpti sunt, ycluti fumus evanescens dies vita mea, & osa mea tanquā focus, affiduo ardore exiccatum sunt.

Simile sceno quod amputatum ardore solis exiccatum est cor meum: & oblit⁹ suū nimia p̄e calamitate sumere cibum mihi. Similis factus pellicano, qui in aujs & desertis habitat locis: & nycticoraci conforaria re hiquarum auium fugienti. P̄e solitudine somnū non indui oculis meis: & similis mihi esse videbar passerī mēsto, qui solus in foramine defidet sub teſto. Dies mei similes sunt vmbrae, quāz affidue sit maior, & tenebris propinquior: ego enim non alter quām

scenū breuissimē exarcscam.

Cœli peribunt, tu verò stabilis persistes, & alia omnia, rā quam vestis atterentur, & veluti pallium mutabis ea, & tuo imperio cedere cogentur.

113. Dei beneficio, quemadmodum aquila, quāz rostrum ob vetustatem nimis aduncum abicit, & iuuentam recipit: tu quoque ob peccatum squalida, & senescentis florem iuuentur recipies. Homuncio miserabilis sceno in vita sui similis est, & non aliter quām flosculus aliquis ad tempus florebit.

Sicut pater oblinisci non potest affectus paterni, sed miseret illum filij, etiam dum flagellat ipsum: Ita dominus nunc quam desineresse misericordis in eos, qui reuerentur illum.

104. Induct lumen tanquam vestimentum, extendit cœlum tanquam tentorium. Quictegit aquis supremas partes illius, qui vitat nubibus pro vchiculo, volat velocius quām si alas haberet ex vento, profundissimis aquis veluti vestimento cooperuit eam: supra montes (si iussit ille) stabunt aquæ,

102. Reptabunt nunc huc, nunc illic, & metabuntur non aliter quām ebrios: & quantumvis alioquin variarum rerum periū, & sapientes fuerint, ibi sapientia deficitur eos.

109. Omni ex parte armavit se maledicētia, & tanquam veste sua coepit ea fere, & penetravit quemadmodum aqua quām quis bibit usque in penetralia ventris, immo velut in ossiliū. Quare si illi (quia ita voluit) veluti pallium quo operire soleret totum fere: & veluti cingulum, quod totum ambare hominem consuevit.

66. Probsti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum.

68. Sicut sine negocio dispergitur a vento fumus, ita disperses illos tu & sicut liquefac cera igni adhibita, sic peribunt impij aduentante Deo.

Si hucusque inter fuligine obductas ollas iacuistis, & tam atri quām carbo facti cōstis, eritis post hac tam candidi quām alii cōtūnū columbar, etiamvis argento exornata fuerit.

71. Qui affixisti me affixiōibus multis & molestis, sed reuersus ad me ira deposita animum restituisti mihi, vt vclūti ē barathro terræ placator factus, extraxisti me.

72. Sit aduentus eius tam gratus, quām est pluvia deci-

dens de celo super frumentum recens demessum, & imbras  
irrigantes fitientem terram.

73. Q uemadmodum somni quantumuis dormienti gra-  
tus fuerit reliquum nihil est, ubi quis vigil factus fuerit. Ita  
eorum, quibus hic se felices putabat, reliquum illis nihil erit  
qui potius tu domine in ciuitate etiam imagines illorum con-  
temptibiles omnibus reddes.

74. Sublata voce clamauerunt aduersarij tui viatores ip-  
sis festis tuis solemnis, non aliter quam p[ro]ij solent prae gau-  
dio cantare in honorem tuum, exercent vexilla sua in tro-  
phaeum. Palam videntibus cunctis ascenderunt vestigia tem-  
plum tuum, non aliter quam syluam lignorum ingressi arbo-  
res truncare solent.

75. Conficuus apparuisti tu & ferox in hostes magis q[uod]  
villus leo vel virsus egredius ad praedandum e montibus, quire  
ceptacula esse solent rapacium animalium.

77. Auditur e celo tonitru vehementer sonorū: illumi-  
nant & veluti lucere faciunt orbem fulgura.

Duxisti olim non aliter, quam p[ro]itor gregem sibi com-  
missum sicut populum tuum ministerio Moysi & Aaron.

78. Divisit mare & transmisit illos, stare iussit aquas na-  
tura sua fluidas, tanquam molem marmoream.

Duxit eos nubes conctectos contra ardorem solis per diē,  
per totas noctes lumen præbuit illis, quale luculentus præbe-  
re solet ignis.

109. Sicut umbra quæ inclinante iam die assidue cres-  
cit, & e tenebris noctis propinquior fit. Ita & ego ab ijs & ab eo  
assidue magis, interim vagari cogor de loco ad locum, quæ  
admodum locusta saltat nunc huc, nunc illuc, nullam certam  
habens sedem.

114. Montes subsilierunt tanquam arices, & colles velu-  
ti agni ouium.

Qui contra natura lapidis efficit, ut e petra maxima co-  
pia fluxerint aquæ, & e silice veluti e fonte maxima.

118. Circudent me tam copiosi & mordaces, q[uod] esse foliæ ex-  
amina apud extinguantur tam subito, q[uod] ignis per stipulas volati-  
tas: domini enim fr[ater] auxilio nullo negotio subvertit illos;

119. Quamvis similis esset cutis mea utr[um] fumo in rugas

excicato, mandatorum tamen tuorum non sum oblitus.

Velut scioriam erasti e reliquo hominum numero omnes  
impios qui erat in terra, propter amaritatem admonitiones tuas.  
Quare amaritatem precepta tua magis quam aurum etiam pur-  
gatissimum. Ab erranti sicut ouicula quæ peritura videtur, re-  
quire ferum tuum,

Q uemadmodum oculi seruorum obseruant manus do-  
minorum suorum, & oculi ancille obseruant manum domi-  
næ suæ, vt longo labore fatigati cibum recipiant, ad eundem  
modum oculi nostri obseruant dominum Deum nostrum, vt  
ille misereatur nostri.

124. Quia potius animæ nostræ liberatæ sunt, quemad-  
modum captus passer, qui præterspem elabitur e rere auca-  
pis: rete enim frangebatur, & quomodo ille auolauit, ita &  
nos liberati sumus.

125. Quotquot se credunt domino, erunt sicut in os Sion,  
qui nunquam tollitur de loco suo.

128. Vxor tua similis erit viti fructifere, quæ se propagat  
per omnia latera domus: & filii tui veluti plantulae oliua-  
rum cingentes mensam tuam.

129. Dorsum meo tantum oneris imposuerunt, vt signa in  
eo apparetur, qualia aratores agri imprimere solent, & ve-  
luti longos sulcos induxerint.

Fiant similes herbae crescenti in tectis domorum, quæ prius  
quam in eam magnitudinem excreuerit, vt demeti possit,  
exaruit.

131. Si no[n] sic composui & compescui animum meum, ne  
alios videretur collatus tecum, quam infans ab yberibus ma-  
tris sue recens depulsus, qui solus figura gressus non potest,  
sed maris sustentatur manus: si non ita semper me iudicauit si-  
tu tuo auxilio nihil posse, & animam meam eiusmodi infan-  
ti similem, fruster spe mea penitus.

133. Dici non potest quam bona sit res & sua vis, habitare  
vnâ fratres intra se concordes. Suauior erit eorum concordia  
oleo illo fragrantissimo, quod fundi solet in caput, & deflu-  
re in barbam, barbam, inquam ipsius Airon, & in oras deinde  
v[er]stis in illius. Suauior erit rore qui descendit in montem  
Heron, vel rore qui descendit in montem Sion.

140. Exacuerant linguas suas ut magis sint noxae quam serpentum, venenum a spidis admixtum habet sermo illorum, quod latet sub lingua in pectore illorum.

141. Sicut qui amputant arbores & findunt ligna, & per terram spargunt huc atque illuc, quae amputata sunt, sic ossa nostra dispersa fuerunt, & soluta præ metu mortis: ad ipsum enim sepulchrum vique peruenieramus.

144. Homo ipsi vanitati quam sim illimus est, dies vita illius obscuri similes sunt umbræ quæ assidue magis ad noctis caliginem tendit.

Vt sint filii nostri velut plantulae eleganter auferæ in adolescentia sua: filiae nostræ formosæ veluti angulares columnæ summo studio exornatae, quales in templis & regiis domibus conspicuntur.

## ISAIAE I.

Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbantur.. Et si fuerint tubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt.

9. Latabuntur coram te sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda.

92. Et erit sicut somniū visionis nocturnæ, multitudine omnium gentium, & quæ sequuntur.

40. Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exiccatum est foenum, & cecidit flos: quia spiritus domini sufflavit in eo. Vere foenum est populus. Exiccatum est foenum & cecidit flos. VERBUM AVTEM DOMINI MANET IN AETERNUM.

44. Deleui ut nubem iniurias tuas, & quasi nebulam peccata tua.

55. Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra stienti, Eodem. Sicut ouis ad occisionem, ducetur: & quasi agnus coram toadæ se obmutescet, & non aperiet os suum.

57. Impius autem quasi mare feriens quod quiesceret non potest, & redundant fluitus eius in conculationem.

55. Et quomodo descendit hymber & nix de celo, & illic ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat eam sereti, & panem come-

denti. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū, sed faciet quæcumq; volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

64. Et facti sumus ut immundis omnes nos, & quasi pânius menstruatae vniuersiustitiae nostræ. Et cecidimus quasi soliū vniuersi, & iniqtates nostræ quasi vetus abstul erunt nos.

66. Quomodo sicut mater blandiatur: Ita ego consola borvos.

CLER. 2. QUOMODO CONFUNDITUR FUR QUADO DEPRECHEDI TUR: Sic confusi sunt domus ISRAEL ipsi & reges eorum, principes & sacerdotes, & Prophetæ eorum, dicentes ligno: pater meus es, tu & lapidi: tu me genuisti.

3. Sed quomodo si contemnet mulier a matore suum: Sic contempnit me domus Israël, dicit dominus.

Eodem. Frôs mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere.

5. Inuenti sunt in domo mea impij, insidiantes quasi aucepis, laqueos, ponentes, & pedicas ad capiendo viros. Sicut decipuli plena auribus: Sic domus coru plena dolo: nō ideo magnificati sunt & ditati, succrassati sunt & impinguati, & preterierunt sermones meos pessimè.

6. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam: Sic frigidam fecit malitiam suam.

8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus im petu vadens ad præfium.

13. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri: Sic ad glutinai mihi domum Israël, & omnem domum Iuda, dicit dominus, vt essent mihi in populum, & nomeri, & laudem, & gloriam, & non audierunt.

17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponet carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Erit enim quasi miryce in deserto, & non videbit cù venerit bonum, sed habitabit in fuscitate in deserto, in terra saltiginis & inhabitabilis. Benedictus vir qui cōfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod trāspalatatur super aquas, quod ad humorem immittit radices suas, & non tibi mebit cù venerit aestus, & erit soliū eius viride, & in tempore fuscatus nō erit solitus, nec aliquando desinet facere fructū.

R

19. Sic conterat populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas signum, quod non potest ultra instaurari.

20. Et ego quasi agnus misericordia qui portatur ad victimam.

21. Nunquid sicut regulus iste, non potero vobis facere domum Israël, ut dominus. Ecce sicut lumen in manu signi. Sic vos domus Israël in manu mea.

22. Et factum est ferro domini in corde meo quasi ignis ex austri, claususque in ossibus meis & defeci ferre non sustinetur.

23. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus conterens petram?

24. Sicut fucus haeret: Sic cognoscam transmigrationem Iuda, quem emisi de loco isto, in terram Chaldaeorum, ibonum. Et sicut fucus pessime, quae comedi non possunt, et quod sunt malae, haec dicit dominus Deus: Sic dabo Sedechiam regem, Iuda & principes eius, & reliquos deus.

#### R. V. S. A. L. E. M.

25. Sicut enumerati non possunt stellae coeli, & metiri arenæ maris: Sic multiplicabo semine David scutum, & leuitas ministros meos.

26. Sicut pastor visitat gregem suum in die quando fuerit in medio oviū suarum dissipatarum: Sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispergitae fuerant in die nubis, & caliginis.

**EZECHIELIS cap. 3.** Ecce dedi faciem tuam valentiorē faciebus eorum, & frontem tuā duriorē frontibus eorum. Ut adamātē, & ut filicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neq; metuas a facie eorum: quia domus exasperans est.

27. Vnde prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil videt. Quasi vulpes in deserto prophetae tui Israël.

28. Iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Prophetæ erit.

29. Quidam lignum vitis inter ligna syluarum quod de digniā deuorandum, sic tradidit: habitatores Ierusalem.

30. Vnde qui consunt pulvinos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersitate atatis, ad capientias animas. Et cum capierent animas populi mei, vivificabant animas eorum. Et violabat me ad populum meum propter pugillū hordei & fragmentū panis, ut interficeret animas

qua non moriuntur, & vivificant animas que non vivunt, mentientes populo meo credenti mendacijs.

31. Fili hominis versa est mihi domus Israël in scoriam: omnes isti æ & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornicis, scoriam argenti facti sunt.

Cap. 22. Ut confundatur argentum in medio fornacis: Sic eritis in medio eius. Coniuratio Prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens, capiensque prædam, animas deuorauerunt, opes & precium accepunt, viduas eius multiplicauerunt in medio eius. Príncipes eius in medio illius quasi lupi rapiētes prædam ad effundendū sanguinem, & ad prodendas animas & auaræ secessanda lucra.

**DANIEL. 2.** Quidam ferum cōminuit & domat omnia Sic comminuet & conteret omnia hæc. Quid autem vidisti ferum nūstum testa ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhuc erubunt sibi, sicut ferum miseri non potest testa.

32. Qui autem docti fuerunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas exterminates.

**Daniel. 3.** Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sic in millibus agnorum pinguis: Sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, quoniam non ē confusio confidentibus in te.

#### O S S E E cap. i

Et erit numerus filiorum Israël quasi arena maris, quæ si ne mensura est, & non numerabitur.

6. Sciemus, sequimurque ut cognoscamus dominum: quasi diluculum præparatus est egreditus eius, & veniet quasi hymen nobis temporaneus & serotinus terra. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.

Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sagina, & quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum in via incertificantium, pergentes de Sichemi, quia seclus oportunitum.

7. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquēte. Quid uirilis paululum ciuitas à commissione fermeti, donec

fermentare tur totum.

Quia applicauerunt quasi clibanum, cor suum, cum infidetur eis, tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse siccensus quasi ignis flammam.

Onnes calcfacti sunt quasi clibanus, & deuoraerunt iudices suos.

Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor. Aegyptum inuocabant, & ad Assyrios abiicerunt. Et cum perfecti fuerint, expandam super eos rete meum: quasi volucrē cœli detrahām eos, cædam eos secundum auditōnem cœt' eorum:

Reuersi sunt, ut essent absque ingo: facti sunt quasi arcus dolosus.

9. Speculator Ephraim cū Deo meo: Propheta laqueus ruine factus est super omnes vias ciuius insania in domo Dei eius. Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa. recordabitur iniquitatis eorum, & viuificabit peccata eorum. Quis in viua ī desertō inueni Israēl: quasi prima poma fuscilnea in cacumine eius vidi parēs eorum: ipsi autem intrauerunt ad Beel-phégor, & alienari sunt in confusione, & facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt.

Ephraim quasi avis auolauit, gloria eorum à parte & ab altero, & à conceptu.

10. Loquimini verba visionis inutilis, & ferictis fecundis in mendacio: & germinabit quasi amaritudo, iudicium super fulcos agri. Transire fecit Samaria regem suum, quasi spuma super faciem aquæ:

11. Sicut mane transiit, pertransiit rex Israēl. Post dominum ambulabunt, quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filii manus. Et auolubunt quasi aus ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in dominibus suis, dicit dominus.

13. Et nunc addiderunt ad peccandum, feceruntq; fibricatil de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est, his ipsi dicunt: Immolate homines viulos adorantes. Idcirco erit quasi nubes matutina, & sicut rōs matutinus præteriēs, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario.

Erego ero cū quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorū occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora cœoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo: bestia agri scindet eos.

14. Ero quasi ros Israēli, & germinabit sicut liliū, & erū petradix eis ut Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi olivæ gloria eius, & odor eius ut Libani.

### ¶ I O E L cap. 11.

Ante facié eius ignis vorás, & post eum extrens flamma, quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. neq; est qui effugiat eum.

Quasi aspectus equorum, aspectus eorum, & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrijugarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis denorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium.

### ¶ A M O S cap. 11.

Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum in sceno.

3. Nunquid ambulabunt duo pariter nisi conuenierit eis? nunquid rugiet leo in salu, nisi haberet predam? quid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? quid cadet autis in laqueum terræ absq; aut cupere? nū quid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit?

Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ. Sic eruetur filii Israēl qui habitant in Samaria, in plaga lezuli & in damasci grabbato.

4. Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti estis quasi torrens raptus ab incendio.

5. Quomodo si fugiat vir à facie leonis occurrat ei virus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super partem, & mordeat eum coluber.

Auerā me tumultum carminum tuonim, & cātica lyra tua non audiam. E reuelabitur quasi aqua iudicium, & iuria quasi torrens fortis.

6. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis?

8. Irruit dominus in superbiam Iacob, Si oblitus fueris visq; in finem omnia opera eorum. Nūquid super isto non cō-

R. iij

mouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & ascendet quasi fluuius vniuersus, & deicietur, & defluit quasi riuis Aegypti?

9. Et dominus Deus exercitum qui tangit terram & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuis omnis, & defluit sicut fluuius Aegypti. \*

Eccen mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israël, sicut concutitur in cribro: & non cadet laillus super terram.

### M I C H E A E cap. 1.

Et consumetur montes subibus eis: & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrent in praecip.

¶ 3. Qui comedunt carnem populi mei, & pellem eorum de super exorauerunt: & ossa eorum confreguerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ.

Nunc quare inter re contraheris? nūquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor parturientem.

5. Et erunt reliquiae Jacob in medio populorum multorum quasi ros à domino, & quasi stilla super herbam quæ nō expectat virum, & non præsolatur filios hominum. \*

5. Et erunt reliquiae Jacob in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum, qui cum transfirat, & conculcaverit, & ceperit, non est qui eruat.

7. Vx mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiter, non est botrus ad comedendum: præcoquas fucus desiderauit anima mea.

### T N A V M C A P. 1.

Ante faciem indignationis eius quis frabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & per træ dissolutæ sunt ab eo.

Quia sicut spinæ se iniucem complectuntur: Sic conuium eorum pariter potantum. Consumuntur quasi stipula ariditate plena.

2. Miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbae, murmurantes in cordibus suis. Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius. Facies omnium

eorum sicut nigredo ollæ.

Ca. 3. Omnes munitiones tue sicut ficus cum grossis suis si concussæ fuerint, cadent in os comedentis.

Custodes tui quasi locustæ, & parvuli tui quasi locustæ locustari, qui e confidunt in sapibus in die frigoris, sol ortus est & auolauerunt, & non est cognitus locus carum, ubi fuerint.

### H A B A C H V C C A P. 1.

Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis, & diffundentur equites eius: equites nanque eius elongè venient, volabunt quasi aquila festuans ad comedendū, omnes ad prædam venient: facies eorum ventus vrens, & congregabit quasi arenam, captiuitatē.

Et facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem.

Cap. 2. Et quomodo vinum potuitem decipit: Sic erit vir superbus, & non decorabitur, qui dilatauit quasi infernus anima suam, & ipse quasi mortuus, & non adimpletur & cogre gabit ad se omnes ḡetes: & coacerubat ad se omnes populos.

Vix ei qui multiplicat non sua, ut que quo & aggrauat contra se, denūlum lutum.

Cap. 3. Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum usque ad collum semper. Mulcedixisti sceptris eius capiti bellatorum eius venientibus ut turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

¶ S O P H O N I A E cap. 1. Et tribulabo hos, & ambulabunt ut caci, quia domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercore. Sed & argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini.

Sophon. cap. 3. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere nō relinquebant in mane.

¶ Z A C H A R I A E cap. 12. In die illa ponā duces Iuda sicut caminū ignis in lignis, & sicut faciem ignis in sceno: & deuotabunt ad dexteram & sinistram omnes populos in circuitu: Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut virtutem argentum, & probabo eos sicut probatur aurum.

### M A L A C H I A E cap. 9.

Et erunt mihi ait dñs exerci-

R. iiiij

BEATI PAVLI

tuum, in die qua ego facio in peculium: & parcam ei sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.

**M A C H A B . 1 . c a p . 2 .** A verbis viri p̄fōris ne timueritis, quia gloria eius sterc' & vermis est. Hodie extollitur & cras non inuenietur. Q uia conuersus est in terram suam & cogitatio eius perijt.

**T A L A R D V S A E M S T E L R E -**  
damus lectori S. D.

Ideo nobis visum est, amice lector, quicquid est Euāge-  
licorum pariter & Apostolicorum Similium, in mediū stru-  
etur huīis adlegere, quōd c h r i s t v s ille, pax nostra, q  
fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceris soluit, vnicē  
semper delectatus sit medio. Nascens enim in medio anima-  
lium reponitur. Puer etiamnum inuētus est in templo sedēs,  
in medio doctorum, audiens illos, & interrogans eos. Super  
hēc: Vbi, inquit, duo vel tres cōgregati sunt in noīe meo, ibi  
sum in medio eorum. Ad hunc ordinem referendū est, quōd  
testatur & l v c a s . Ipse autem, transiens, per medium il-  
lorum ibat. Eodem pertinet, quod scriptū est: At ego in me-  
dio vestrū sum, vt qui ministrat. Q uid? quōd cruci suffi-  
xus, medius latronum duorum pendebat. Adde his id quod  
apud I O A N N E M refertur. Venit I E S V S, stetitque  
in medio, & dicit eis: Pax vobis. Nam illud quid attinet com-  
memorare, quod idem testatur in Apocalypsi, dicens: Et vi-  
di, & ecce in medio throni, & quatuor animaliū, & in medio  
seniorum stans, tanquam occisus. Bene vale, memor eius,  
quod dici solet: Medio posuit Deus omnia campo.

**T E V A N G E L I C A E P A R I T E R**  
& Apostolica Similitudines atq; Parabolæ.

**M A T T H . 12 .** Q uādmodū enim fuit Ionas in vēte  
cētibus diebus astribus noctibus. Sic erit filius hominis  
in corde terræ tribus diebus ac tribus noctibus.

**M a t t h . 13 .** Sicut igitur colliguntur zizania, & igni cō-  
buruntur: Sic erit in consummatione seculi huius. Mitteri  
linshomini angelos suos, & colligent ē regno illius omnia  
offendicula, & eos qui parant iniquitatem, ac mittent illos in  
caminum ignis, ybi erit ploratus, stridorque dentium.

SIMILIA.

133

**M a t t h e i . 2 . 3 .** V a vobis scribæ & pharisæi, hypocritæ, q a  
similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent  
speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum omniq[ue]  
spuritia: Sic & vos foris quidem appetetis hominibus iusti,  
intus autem pleni estis fictione & iniquitate.

**M a t t h e i . 2 . 4 .** Sicut enim fulgor exit ab oriente, & appetet  
vixque in occidentem: Ita erit aduentus filii hominis.

Eodem. Sed sicut erant dies Noē: Ita erit & aduen-  
tus filii hominis.

**G I O A N N I S . 3 .** Spiritus vbi vult spirat, & vocē eius au-  
dis, sed nescis unde veniat, & quōd vadat: Sic & omnis qui na-  
tus est ē spiritu.

Et sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exalta-  
tioperte filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non  
pereat sed habeat vitam æternam.

**I o a n . 1 5 .** Sicut palmes nō potest ferre fructū à semetipso,  
nisi manserit in vite: Sic nec vos, nisi in me manseritis.

**C R O M A . 7 .** An ignoratis fratres &c.

**R o m a . 1 2 .** Q uādmodum enim in uno corpore multa  
membra habemus, membra vero omnia non cundē habent  
actum: Sic multi viuum corpus sumus in c h r i s t o , singu-  
latim autem alij aliorum membra, sed ramen habentes dona  
iuxta gratiam datam nobis, varia.

**C I . C O R I N . 2 .** Q uis esti hominū, nouit ea quae sunt  
hominis, nisi sp̄ritus hominis qui est in eo? Sic & ea quae sunt  
Dei, nemo nouit, nisi sp̄ritus Dei.

**I . ad Corinth . 9 .** Nescitis quōd iij qui in stadio currūt, om-  
nes quidem currunt, sed unus accipit brauitum? Sic currite vt  
comprehendatis, omnis autem qui in agone contendit, ab  
omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronā  
accipiant, nos autem incorruptam.

**I . Corinth . 12 .** Q uādmodum enim corpus vni est, &  
membra habent multa, omnia vero membra corporis vni mul-  
ta cum sint, unum sunt corpus. Sic & Christus.

**I . Corinth . 14 .** Q uin & inanima, vocem reddentia, siue  
tibia siue cithara, nisi distinctionem soni dederint: quomo-  
do cognoscetur, quod tibia canitur, aut cithara? Etenim si in-  
certam vocem tuba dederit, quis apparabitur ad bellum?

Sic & vos per linguam nisi significantem sermonem deritis, quomodo intelligetur, quod dicitur? Eritis enim in aetrem loquentes.

**I. CORINTHIO. 15.** Alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum: Stella quidem à stella differt in gloria: Sic & resurrectio mortuorum.

**C A D E R P H E. 5.** Vt, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiæ, & semetipsum exposuit pro ea, &c.

**C I. T H E S S A. 2.** Perinde ac si nutrit foueat suos filios: sic affectu pppensi in vos animo cupiebam⁹ impetrare vobis, non solum euangelium Dei, verum etiam nos: as ipsorum animas, propterea quod chari nobis facti estis.

**I. THESSALONICENS. 5.** Dies ille domini, vt fur in nocte ita venturus sit. Cum enim dixerint: Pax & tuta omnia, tunc repentitus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieris prægnanti, nec effugient.

**I A C O B I. 1.** Nam qui haesit, is similis est flumini mari, qui ventis agitur, & impetu rapitur.

Glorietur autem frater qui est humilis in sublimitate sua. Cötà qui diues est, in humilatione sui: quoniam veluti flos herbe præteribit. Exortus est enim sol cum exitu, & exaruit herba, & flos illius decidit, & decor aspectus illius perire: Sic & diues in vijs suis marcescet.

**Q**uoniam si quis audiat sermonem, nec eum factis exprimat, hic similis est viro consideranti faciem nativitatis suæ in speculo: Considerauit enim se ipsum, & abiit, & continuo oblitus est qualis esset.

**IACOBI. 2.** Quod si frater aut soror nudifuerint, & egentes quotidiano vietu dicat autem aliquis vestrum illis: abite cum pace, calecite & saturamini: non tamen dedecitis illis, quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Sic & fides si facta non habuerit, mortua est per se.

**Q**uemadmodum corpus absque spiritu mortuum est: Ita & fides absque factis mortua est.

**IACOBI. 3.** Ecce equis frena in ora immittimus vt obediat nobis, & totum corpus illorum circumagimus. Ecce naues quoq; cum tantæ sint, & à ventis saeuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quoq; impetus dirigentis vo-

fuerit: Ita & lingua pusillum membrum est, & magna iactat. Ecce exiguis ignis quantam materiam incendit. Et lingua ignis est, mundus iniquitatibus: sic lingua constituitur in membris nostris quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam natuitatis, & inflammatur à gehena. Omnis enim natura & ferarum & volucrum, serpentiumq; & marinorum domatur & domita est à natura humana. Lingua autem nulli⁹ homini domare potest incoercibile malum, plena veneno mortifero. Per ipsam benedicimus Deo & patri, & per ipsam maledicimus hominibus, qui ad similitudinem Dei coditi sunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Nō oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine emittit dulcem & amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, fucus oleas gignere, aut vitis fucus? Sic nullus fons salam ac dulcem potest edere aquam.

**C I. PETR I. 1.** Propterea quod omnis caro grumen sit, & omnis gloria hominis quasi flos graminis. Exaruit gramine & flos decidit: at verbum domini manet in aeternum.

**C E L E N C H V S S I M I L I T V D I N V M**  
iuxta ac Parabolærū sive collationum.

**C E X M A T T H A E O.**

**S**al terra, lux mundi. 5. Oppidum supra montem situm. Eod. Lucerna subter modium. Eod. De duobus dominis. 6. De festuca & trabe in oculo. 7. De sancto non dando canibus. Eod. De margaritis ante porcos nō projiciens. Eod. De lata porta, & spaciosa via. Eod. De angusta porta & stricta via. Eod. De domo adiunctata super petram & harenam. cod. De assutu panni rudis. 9. De vino novo & veteri. eod. De vtribus nouis & antiquis. eod. De pueris sedentibus in foro. 11. De fructu arboris bonæ & male. 12. De septem spiritibus & octauo. Eod. De seminante iuxta viam. 13. De seminante bonum semen. eod. De zizania & tritico. cod. De granis sinapis. Eod. De fermento in tribus mensuris farine abscondito. cod. De thesauro in agro recondito. codem. De pulchris sive bonis margaritis. cod. De verriculo sine reti missò in mare. Eod. De scriba docto ad regnum celorum. cod. De fermento pharisæorū. 15. De cen-

## IOANNIS DRIEDO

tesima ore perdita.<sup>18.</sup> De eo qui debebat decem miliata  
lenta.cod. De operariis in vineam conductis.<sup>20.</sup> De fi-  
liis Zebedæi.cod. De fici, quæ arunt.<sup>21.</sup> De duobus fi-  
liis in vineam missis.cod. De vinitioribus qui missos ad se  
ob recipiendos fructus interficiunt.cod. De vocatis ad nu-  
ptias & veste nuptiali.<sup>22.</sup> De his, qui in techo sunt ne de-  
scendant tollere aliquid de domo:& qui in agro sunt, ne re-  
tinentur tollere tunicam suam.<sup>24.</sup> De arbore fici. cod.

De duobus in agro.cod. De duobus molentibus in mo-  
la.cod. De seruo fideli, quem pafecit dominus famulatio  
fui.cod. De decem virginibus.<sup>25.</sup> De his qui talenta  
aceperunt.eodem.

## DE X M A R C O.

De seminatore.<sup>4.</sup> De homine iacente fermentem in  
terram.cod. De grano sinapis.cod. De fermento pha-  
risæorum.<sup>8.</sup> De vinea.<sup>12.</sup>

## DE X L V C A.

Omnino dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura  
te ipsum.<sup>4.</sup> De duobus debitoribus.<sup>7.</sup> De eo qui semé-  
tem faciebat.<sup>8.</sup> De eo qui incidet in latrones.<sup>10.</sup> De  
eo qui amicum adit media nocte.<sup>11.</sup> De spiritu immundo  
ab homine egrefo, ac tandem cum septem alijs sceleratori-  
bus rediret unde exierat.cod. De eo cuius ager ferox fuit.<sup>12.</sup>  
De seruo vigili.eodem. De seruo, quem constituebat  
dominus super famulitum suum.cod. De fico, quæ fructum  
non protulit.<sup>13.</sup> De grano sinapis & fermento.cod. De  
inuitariis ad ceenam.<sup>14.</sup> De ædificatione turris.cod. De  
rege volente in bellum ire.cod. De centum ouibus.<sup>15.</sup>

De drachma decima perdita.cod. De filio peregrè pro-  
fecto in regionem longinquam.cod. De dispensatore ini-  
quo.<sup>16.</sup> De diuite & Lazaro.cod. De iudice iniquo.<sup>18.</sup>

De pharisæo & publicano.cod. De decem seruis, qui  
minas accepert. <sup>9.</sup> De vinea.<sup>20.</sup> De fico.<sup>21.</sup>

## DE PARABOLIS EVANGELICIS

Ioannes Driedo, de regulis & dogmatibus sacrae  
scripturæ libro.3. cap. 4.

## SIMILIA.

135

Quia in scripturis nonnulla difficultas est ex parabolis,  
iam est de his differendum. Scendum est ergo, quod turbæ  
cui locutus est ē H R I S T Y S, non unius est sententie, sed di-  
uersarū in singulis est voluntatum. Ideo loquitur ad illam in  
multis & diversis parabolis, ut iuxta voluntates diuersas reci-  
perent disciplinas, & quisque ex rebus quæ versantur in cor-  
de suo posset adsumari ad intelligentiam cœlestis regni. Hæc  
omnia inquit Matthæus loquitus est ē E S Y S in parabolis ad  
turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. Matthæ.13. Non  
dixit quod ē S Y S omnia quæ loquitus est, sicut loquitus in  
parabolis, sed quod hoc omnia, quæ scilicet illic præmisserat,  
& id quidem ad turbas, & sine parabolis non loquebatur tūc  
eis, scilicet turbis, nā & alijs temporibus, & ad discipulos mul-  
ta loquitus est Iesus sine parabolis, ut patet apud Matthæum  
ex sermone domini in monte.

Parabola in scripturis sacris est diuersarum rerum colla-  
tio seu comparatio, sic vocata, quod una res est alteri aut affi-  
mulata, aut comparata, quasi prævia veritatis umbra. Quod  
enim parabola Græco vocabulo appellatur, hoc Latine simi-  
litudo dicitur, quæ est discrepantium rerum sub aliqua simili-  
tudine facta collatio seu comparatio. In scripturis sacris pa-  
rabolas sunt, quando scripturæ author id quod in rebus spiritu-  
libus, aut diuinis, aut mysticis intimare voluit, per compara-  
tiones aliquas significauit, quas Dei spiritus in scripturis com-  
posuit, ut per terrenas similitudines, facilius cœlestia capia-  
mus. In omnibus parabolis, sine innititur argumento per lo-  
cum à similibus, siue argumento per locum à dissimilibus, res  
corporales, rebus diuinis, de quibus agitur, propter similitu-  
dinem aliquam comparantur.

Ad intelligendum autem virtes & significationes parabo-  
larum, id præcipuè in omnibus obseruandum est, ut diligenter  
consideremus intentionem propter quam parabola ipsa  
est assumpta, scientes non esse necessarium, ut omnes illius  
partes gerant similitudines earum rerum, propter quas ip-  
sa est composta.

Omnis parabola obliquo & figurato modo rerum qua-  
rumdam naturam manifestat. Et ideo non oportet, inquit Chry-  
sto, neque nimia cura in singulis parabolarum verbis an-

xium esse, neque ea, quæ in illis sunt, secundum totum quod dicitur, inuestigare, neque omnia opera & officia ad imitandum sumere. Sicut in scripturis veteris legis: Si qui typum gerunt Christi, vt Iob, Sampson, Dauid, Salomon, non in omnibus, sed in certis quibusdam gestis, personā significat Christus salvatoris. Sed cum id, quod per parabolam author ipse cōponens intenderit didicerimus, inde vultitate collecta & intentioē, propter quam assumpta est, intellecta generali quodammodo, eatus debemus aptare omnia, quatenus conueniant intentioni proposita: vt finiatur, quæ deinceps super singularis parabolæ p̄ticulis fieri posset, curiosa inuestigatio. Verbi gratia in parabola de patre familiâs, qui exiit primo mane conducere op̄tarios in vineam suam, oportet cōsiderare causam propter quam dicta est. Pr̄emiserat Salvator: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et hinc sequitur: Simile enim est regnum coelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane. Hic ergo regno coelorum intellecto secundum eum, qui regnat assumitur parabola ad commonstrandum, quod Deus multis sero cōuersis tardēs; pecuniebus fit daturus aut gratiā aut mercedē æqualem illi gratia seu mercedi quā daturus est mane venientibus diuinisq; laborantibus. Et ne ob id Deus existimat esse iudex iniquus, ita composita est parabola, vt & in huiusmodi dispensatione doceat Deum esse iustum & equum, figurali exemplo declarans diuinam bonitatem affuisse, & adesse omni generatatis hominum ad consequendū regnum coelorum, & non esse prima ètate conuerseturā in die iudicij vlla murmurandi causam cōtra bonitatem aut iustitiam Dei largientis tantam gratiam, tantamq; gloriā se rō poenitenti, quantā largitus est mane venienti, quia vbi fit vni gratia, non fit alteri iniuria. Et hic est scopus in quem tendit parabola tota. Proinde ex hac parabola non oportet colligere, quod sicut in hac vita contra patrem familiâs murmurant mercenarij primi, videntes nouissimos æqualem mercedem recipere, ita & in die iudicij, primi qui à prima ètate in senectam vique persecutae erunt, murmurabunt nouissimos recipere mercedem æqualem, cum contrarium potius intendat Salvator, parabolæ author, volens quod sicut in hoc mundo patrem familiâs iusta ratione arguit carnales homines pri-

mos, habentes oculum nequam, & docet neque eos habere causam murmurandi contra nouissimos, n̄ que se facere iniuriam illis: Ita in vespéra, id est, in die iudicij Deus reddēs æplalia primis, & nouissimis premia, illustratirus est primo rum mentes, vt plūe videant se non habere iustam rationem murmurandi contra voluntatem Dei, æqualiter facientis primis atque nouissimis. Verum quia sunt expositores qui in hac parabola, per sero, seu vespérā, intelligunt tempus sub aduentum Christi in carnem: Scindum, quod etiam iusti bonaque Iudei gratiam Christi ex parte quidē, sed non ex toto intelligentes, primum murmurabant aduersus gentes, quod ex idololatria orti, circumcisī, à lege Mosaica prorsus alieni, subito admitterent ad Euangelij gratiā, murmurabant quidem non attendentes ad scripturas propheticas de misericordia Dei erga gentes donec instruerentur, quod lex Moysi habet finem in Christo, cuius gratia & in nationes diffundetur. Vnde & Act. 10. dicitur: Obstupuerunt ex circuncisione fidèles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Huius quoque consideratione, etiam ipsi Iudei in primordijs fidei habuerunt oculos vtcūq; nequam: Sic & in tribus parabolis, quas posuit Lucas capite. 15. videlicet de oue ex centum vna, quæ aberrauerat, & est reducta. Et de drachma ex decem vna, quæ fut perdita, & est inuenta. Et de duob; filijs inter quos vnus perierat, & renixit, causas oportere considerare propter quas fuerat assumpta, vt intelligamus quare dominus Christus huiusmodi parabolas proposuerat: pramiserat autem Euangelista scribas & phariseos in irrumasse contra Christum, quod peccatores & publicanos recipi, & manducaret cum eis. Christus ergo, exemplis, figuris seu parabolis docuit illos non habuisse super hoc iustam murmurandi causam, sed potius gaudendi & congratulandi, insinuanse vt plūe pastorē & veram sapientiam, ac bonū patrē familiâs aduenisse in hunc mundum, vt saluaret atq; reduceret ouem, quę perierat, inueniretque drachmam perditam & suscipere perditū filiū ad cor rediūtū ac resipiscerent: hoc est, vt saluū faceret genus humanū, quod perierat. Totus ergo illarum parabolarum trium contextus aduersus phariseos obmurmurantes prolatus est, & propter nos positus est, vt in

illis discamus nos non debere agere ferre susceptionem hominem peccatorum, sed gratum & acceptum habere, si peccatores resipiscant, & recipientur in gratiam. In huiuscmodi parabolis, nihil quidem est frustra aut supereruacum positum, nam tam oportet nos circa singula esse sollicitos. Nam si velim singulas particulas habere suam expositionem exactam & specialem significationem, volentes inuestigare, quid inter se iter hominem unum habentem ceterum oues, & non plures, & inter mulierem habentem drachmas decem, & patrem habentem duos filios. Quid insuper sibi velit, quod ceterum nominetur oues, & non plures, & quod decem drachmæ & non quinque, & quod significet quod in prima parabola conuocatur amici & vicini. In secunda vero amica & vicina. Et quid in tertia parabola significetur, quod senior filius fuerit inuidus de beneficio fratris, quod fecerit contristatus, cum tamen ille filius personam gerat iustorum, beneplacens patri, fruens & bonis illius, ad quem & pater dixit: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Haec & huiusmodi si velimus singula exacte perscrutari, & simili prius inuenire in rebus propter quas affluminatur parabola, laboriosa res erit, & nimis forsitan curiosa. Cu sufficiat dominum saluatorem assumptissime res illas ad confundandis scribas & Phariseos murmurantes contra ipsum, quod peccatores suscipieret, & ad persuadendum eisdem per certas & manifestas similitudines, quod tantæ bonitatis suæ effusione erga eos qui perierant, deberent non solum non agere ferre, sed latenter suscipere, & gaudere potius, ac gratulari tantæ clementiae illius, qui vt bonus medicus, & diligens pastor, & pius pater venit sanare, inuenire, suscipere, quod perierat. Oportet igitur ex nouissima parabola intelligere, non quod filius senior iustus, murmurando inuidet conuersioi impiorum, sed quod non habet de hoc iustum murmurandi aut inuidendi causam, tanquam dicat: Esto, vos scribæ & pharisei iusti sitis, sicut filius ille carnalis beneplacens patri, non tamen contra me habetis vilam murmurandi rationem, quod fratres vestros, qui perierant, suscipiam. Deinde & hoc scendum, quod in parabolis sint posita quadam, non vt significantia quid, sed vt series corporalium rerum constet, iuxta Augustinis sententiam dicentis: In parabolis quadam admis-

scentur, ut explicatur narratiois ordo. Sic est præceptum Christi dicentis: Tu autem cum ieiunas, vngue caput tuum, & faciem tuam laua, metaphorice dicitur, pro eo quod est, huiusnam laudem in tuo ieiunio studeas contemnere, ut cum ieiunas letum & festuum te esse mostres. Hic iam si ultra progeris inquirens, quidnam per faciem Christi vs intellexerit, quid per vngere, quid per caput, non est quidem improbanda pia & studiosa sciendi indagatio, sed tota propositio intellecta in omnibus, qua scriptura per se singulatim expousit, cauenda est curiosa perscrutatio & defensio pertinax, in quod pia quadam ratione inuentum fuerit. Habet autem super hac sententia Christi geminam expositionem apud Bernardum, sermonem i. in capite Ieiunij, vbi per caput intellegit aut Christus vix, quem nostrum ieiunio vnguius, dum sic abstineamus a cibis, vt ipse in nostro ieiunio glorificetur tanquam bonus odor: aut mentem nostram, quam vnguius, cu conamur vt ipsa suauiter delectetur in Deo. Item in parabola de decem virginibus considerare oportet principium, ex quo dominus huiuscmodi parabolam induxit, & fine in quem conculserit. Vnde praemiserat parabolam de seruo vigilante, ex illa docens & monens, ne nos dominus inteniat dormientes, & ponat nos cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium, & continuo subiungit: Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus. Proposita autem parabola tota: conclusit, Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Non oportet igitur ex hac parabola intelligere, quod in die iudicij virgines fatuae, id est, reprobi Christiani sub villa spe salutis sint, & paraturi lampades suas, & postulaturi a sapientibus oleum, seu charitatis pinguedinem, & ituri ad emendandum, & oraturi ad dominum dicendo: Domine domine appeti nobis, quandoquidem etiam reprobi, iuxta beati Pauli Apostoli doctrinam, in momento, in ictu oculi, corporibus resumptis, prout relinquuntur destituti spe veniae, sed sufficit ex huiusmodi parabola intelligere in die iudicij fatuas virgines pra angustia spiritus gementes, & nullum inuenientes auxilium misericordiae, etiam a bonis prorsus deferas extra regnum Dei sublata omni spe veniae. Vnde aduentus Christi comparatur nocturno furi suffosori do-

mus, non quod per omnia quadret furis & c h r i s t i aduenientis similitudo, sed ad id congruat, quod vterq; & fur, & c h r i s t u s adiit ea hora, qua non putabatur. Item parabola Matthai r. Simile est regnum celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis, totus scopus propter quem assūmitur est, ut nos contra legem Dei peccātes, si velimus misericordiā dō o expectare, demus & veniam conseruans in nos peccantibus, præfertim si illam venia ante nos procidentes petant, sicut & Deus misericors est nobis suppliciter rogatib⁹. Si vero in illa parabola velimus exacte singula scrutari, quid videlicet significet decē talentorū milia, cur decē milia nominetur, & non in alio numero, que ruris sit vxor, & liberī, que iubetur veniūdari, quis cōseruans debitor, & qui centū denarij, curiosa forsitan magis erit quam inuestigatio vtiſis. Cum scire sufficiat quod in debito decem milia talentorum tā magis debitus intelligamus quantum deo solvere nobis impossibile est, etiā venturatis nobis uxori & liberis, quia nichil à se homo habet, per quod se à peccati debito redimat. In debito centū denarioſū itēfigitur offesa, quam fecit homo in hominē. Hac etiā maior sit q̄ hō solvere posset homini, longa tamen est distātia, & maior quā est differentia decē milium talentorum, & centū denarioſū. Oportet ergo in omnibus parabolis, cōſiderare scopos, propter quos magister noster c h r i s t u s assūmperit illas. Et hæc omnia ex sequentibus sicut vñctum apertiora.

Sciendū est autem duo esse parabolarū genera. Nam ex Evangelij manifestum est spiritū sanctū in scripturis facti adhibere parabolas seu rerum comparationes, interdum secundam aliquam similitudinem, argumēto sumpto per locū à finib⁹, quēadmodū volētes per̄suadere solēt ut hanc modi dialecticū regula: Sicut illud, ita & illud. Interdum vero ex definitiudine, argumēto sumpto per locū à min⁹ manifeste ad magis inesse, affirmādo, aut a magis inesse, ad minis inesse negando secundā has regulas: Si hoc, quāto magis & hoc aut si non illud, quanto minus istud. Primi generis parabola ex rebus corporalibus assūmentur, interdum ad perfūdendū regnum celorum valorem, seu pretij magnitudinem, veluti cū dicitur regnum celorum esse simile thēlauo. Inter-

dum vero ad declarandū ciudem regni incremētū, vim, efficiaciam, & augmentum, veluti cū dicitur esse simile grano finapis, quod licet in principio parvū & exiguum sit quantitate, grandis tamen est virtus, qua crescit in arborein. Interdū vero ad intimandum ciudem regni transmutationem, in aliū statum, in aliā gentem, aut populum. Interdum ad declarandum in regno illo malos esse commixtos bonis. Interdū ad declarandū ipsius regis in regno illo prouidētiam, bonitatem & toleratiā, & iustitiam. Interdum ad intimandum ciudem regis aduentum ex improviso esse venturum, ad incrementum nobis vigilā, & solitudinis assiduecuram.

Huius primi generis primum sunt parabole septē, Mat. 13. Prima parabola est de seminatore, qui exiit seminare, & interseminandum, alia iuxta viam ceciderint, & à volucribus coeli denorata sunt, alia in terram petrofam, alia inter spinas, alia in terram bonam, & dederunt fructum, aliud certū, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Hāc parabolam ipse c h r i s t u s nobis exposuit, ex cuius interpretatione pater collationem seu cōparationē in hoc cōsistere: Q̄ uenadmodum materiale semen facit fructum nō in qua nūs terra seminatum, sed in terra bona, ita semē verbi Euangelici seminatum fructum facit in hominibus, qui audiūt in telligunt, & custodiunt illud, sed nō in quibuslibet fructum facit. Et id quidē accidit nō ex seminantis culpa, nō ex seminaria, malo, sed ex audiēntiū vicio, vt potē propter crastinatē cordis & grauitatē ariū. Et ne arbitremur hæc vitia natura esse, non voluntatis, subiugit culpam arbitrii, & dicit: Et oculos suos clauerunt. Vnde ex sermone Christi hanc parabolam interpretant̄ & dicentis. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus & rapit quod feminū est in corde eius. Hic est qui fecus viam seminatus est. Discimus seminatum hic bifariam dici, & hominem videlicet feminatum esse, eo quod semen suscepit, & verbum regni seminatum esse in homine seu in corde eius, quemadmodū dicimus & agrum seminatum esse, & semē seminatum esse in agro. Secundam parabolam proposita eis dicens. Simile est regnum celorum homini, qui seminat bonum sēnū in agro suo, cū autem dormirent homines, venit inimicus homo, &

superseminavit Zizania in medio tritici, & reliqua. Hanc quoque parabolam & ipse dominus aperire dignatus est & intentionem propter quam assumpserit intimare, argu-  
mento sumpto à similibus, ita cōcludens: Sicut ergo, inquit, colliguntur Zizania, & igni comburuntur, sic erit in cōsum-  
matioē seculi, mittere filius hominis angelos suos, & colligēt  
de regno eius omnia scandala, & omnes qui faciunt iniquita-  
tem, mittet in caminum ignis, ac si dicat: Sicut homo qui se-  
minat bonū semen in agro permitit Zizania ab inimico se-  
minata crescere vsq; ad messem, ne in eradicandis Zizania  
triticū conculcetur, & in messe iuber messoribus cōgregari  
triticum in horreum, Zizania vero alligare in fasciculos cō-  
burendos: Sic & regnum ccelorum secundum eum qui regit  
est Christus filius hominis, qui bonū semen, id est, filios cō-  
lestis regni, Apostolos & iustos seminans in mundo, permittit  
filios nequitiae à diabolo superseminatos in medio tritici, id  
est, in societate Christianorum crescere vsq; ad messem, id  
est, consummationē seculi, ne in ejiciendis iniquis Christianis,  
boni Christiani, aut turbentur, aut ruinam patiantur. In  
consummatione seculi colliguntur impij comburendi in ca-  
minum ignis. Vides argumentum sumi à similib⁹. Tale quid  
accidit & in duabus parabolis sequentibus, Vt: Simile est re-  
gnum ccelorum grano sinapis, quod minimum omnibus ole-  
ribus accipiens homo seminat in agro suo. Item: Simile ē re-  
gnum ccelorum fermento, quod acceptum mulier ascondit  
in satis farina tribus, ac si dicat: Sicut granum sinapis mini-  
mum in omnibus seminiibus seminatum in terra, crecit, fīq; arbor magna, in cuius ramis habitent volucres cœli. Ita & re-  
gnum ccelorum tam secundum eum qui regit, scilicet Christū  
crucifixum, quam secundum societatem eū Ecclesiā, quæ re-  
gitur, & secundum fidē, seu doctrinam Euangelij per quā re-  
gitur: In principio modicum, paruum, āta; in mundo conté-  
ptibile crevit in arborem magnam, extēdēs propágines seu  
palmites suos in oēs gētes, ita ut volucres cœli, id est, san-  
cti, per vniuersum orbem pénitus virtutum volantes in cœlū  
habitent in eo, adharcentes societati apostolorū & doctrinæ  
seu professioni fidei illorum. Sic & apud Daniel. lapis ini-  
tio humilis & parvus, præcisus de mōte sine manibus, id est

sine virili opere conceptus crevit, & factus est mōs magnus,  
& impleuit vniuersam faciem terræ.

Item quemadmodū fermentū transmittit in sui virtutē  
tria farinę sata, id est, magnā farinā conspersiōē: Sic & re-  
gnū ccelorum, siue intelligatur secundum eū, qui regit, id est  
Christū, siue secundum Ecclesiā Apostolicā, quæ regitur, siue  
secundū Euāgeliū doctrinā, quæ regitur, trāformat in sui vir-  
tutē totū mundū. i. homines ex omnibus locis mundi ac  
regionibus, cū iam olim Christi professio, & Apostolorum  
Ecclesia, & Euangelii fides creuerit per vniuerlam terram.

In similem modum assumuntur & reliquæ tres parabolæ,  
Vt, simile est regnum ccelorum thesauro abscōditō in agro,  
Iterū, simile est regum ccelorum homini negotiatori, qui re-  
ti bonas margaritas. Rursus, Simile est regnum ccelorum sa-  
gena missæ in mare, & ex omni genere piscium congregan-  
tū. De his inquantū similia sunt, ducitur intellectus in notitiā  
alicuius mysterij de regno ccelorū. Quemadmodū est the-  
saurus in agro abscōdit⁹, quē si quis forte inuenierit occultū,  
seruat, diligenter custodiens ne perdat & gaudens vēdit vni-  
uersa, quæ habet, cōflatō; omnū possessionum suarū pretio  
abit ad illius fundi dominū emēs agrum illū, in quo īā nōnuit  
latere thesaurū: Sic & in agro abscōditū dicitur esse regnum  
celorū, siue ipsū intelligatur sanctorum ac cœlestiū ciuium  
rex Christus velutus fragili carne: siue societas ipsa, id est,  
Ecclesia, secundum interiorē vitā, abscondita in christo  
Iesu, siue cœlestium sacramentorum sapientia, sub vmbbris  
atque vclamine legis & Prophetarum latens.

Hunc agrum si quispiā inuenierit, id est, rectè intellexerit  
incipiens credere illīc voram esse sapientiam, quæ ducit ad  
vitam perpetuam, gratulante & veraciter domino dicet:  
Bonum mihi lex oris, cui super milia aurī & argenti, ven-  
ditisque vniuersis quæ habet, hoc est, renunciatis omnibus  
quæ possidet, emit agrum illū, id est, vel c H R I S T V M, vel  
Ecclesiam eius, vel scripturas legis & prophetarum, vt exo-  
neratus secularibus negotiis intendere posset verbo Dei cer-  
to sciens animū non posse terrenis simul & cœlestibus di-  
uitijs occupari. Quemadmodū negotiator delectatur bo-  
nis margarijs, vbi inuenierit vnam valde bonā, quam noue-

rit omnium margaritarum & possessionum suarum superare pretium, illico venditis omnibus, mercatur illam: Sic & regnum cœlorum, id est, Ecclesia sanctorum Iudaorum, ante Christi aduentum delectatur bonus sapientum destrinis, editionibus legis, ac Prophetarum: vbi autem inuenit vna sapientiam Christum, plenum gratiae, & veritatis, & scientiae legis ac Prophetarum complementum, renunciat omnibus & suis voluntati, & suis qua possidet, & ceremonijs legis, ut unica hac sapientia, in qua omnis inuenitur scientia, libero & expedito animo frui valeat, certò sc̄iēs illam quāl̄bet in hoc mundo exigiam, & cōtemptam valere omnes diuitias: Homo iste negotiator intelligitur sanctus Iudaorum populus expectans Christum dominum, neque oportet in negotiato intelligere Christū. Nā in scripturis sacris Ecclesia plurimq; intimatur vt vna quedam persona.

Rursus quemadmodū sagena omnis generis pisces, bonus inquam & malos, quos commixtos tollerant pescatores, donec impletatur sagena, quam cum fuerit impleta, ad litus pertrahētes segregant bonos in vase sua, malos vero & inutiles reiiciunt: Sic & regnum cœlorum, seu Ecclesia Christi iacta in mare huius seculi, complectitur omne genus hominū vñq; ad litus, id est, vñq; in diē iudicij, toleras malos seu iniustos simul & iustos, donec impletur electorū numerus. Si quis vero ī huiuscmodi parabolis, quas ipse salvator per se nota exposuit, aliud sese inuenisse dixerit, putans nominibus thesauri, & negotiatoris, & margarite aliiud quām diximus significari, non est improbandus, modò sententias doctrinae cooptet Euangelicae.

Eiusdem generis est parabola apud Matthæum in superioribus recitata, qua dicitur: Simile esse regnum cœlorū homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Ex rebus prophanicis sumpta similitudine ad spiritualem intellectum trahit. Sic pater meus cœlestis faciet, inquit, vobis, si nō remiseritis vñusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Et stat in hoc similitudo. Quemadmodum rex huius seculi misereretur plerunq; serui sui suppliciter rogantis. Vbi autē viderit eundem seruum erga conseruum suum inexorabile, & nō præstare vñlam misericordiā, implacabiliter iratus, tradit ipsum

seruum, cui debitum remiserat, tortoribus, donec soluat vñuerum debitum. Sic regnum cœlorum intellectum secundū eū, qui regit, id est, pater noster cœlestis nobis, quibus peccata remisit, facturus est, si non remiserimus fratribus in nos peccantibus. Hac intentione intellecta, poterit quisque sacræ theologie studiosus ad instrutionem morum & fidei accōmodare ceteras parabolæ eiusdem partes, & piē interpretari, quis rex, qui serui, & quid sit incipere rationem ponere cum seruo, quis debitor, quæ decem milia talentorum, quæ vxor, & qui filij, que sint omnia quæ rex vendi p̄cepit, vt reddatur debitum. Quid est eum, qui accep̄t indulgentiam decem milium talentorum, egredi, qui conseruus, quid debitum cœtum denariorum, qui centū denarij, quid sit suffocare, & dicere, reddere quod debes, & qui conserui vidētes, ac contristati, & domino nūciantes omnia quæ facta erant, qui tortores. Eiusdem generis est Parabola Matth. 2. Simile est regnum cœlorū domini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineā suā, vbi regnum cœlorū inteligitur comparatum secundum eum qui regnat, & ita similitudo accipitur hoc pacto: Quemadmodū patrifamilias bonitate sua, aut liberalitate adūnēt vesp̄era, potest etiam nō uissimo operario, qui circa vñdecimā venerat dare denariū, sicut primo qui mane venerat cōductus denario. Neq; eīn fit primo iniuria, si fiat alteri gratia: Sic regnum cœlorū, quod secundum eum qui regi, est Deus, aduentente vesp̄era, i. aut tēpore aduentus mediatoris in carnem, aut consummatione seculi pleroq; nouissimos. I. sero ad Ecclesiam venientes, in gratijs & præmijs sequat̄ his, qui primi venerunt. Quemadmodū ergo illuc scilicet in rebus prophanicis, multi nouissimi sunt vt primi, & primi sunt sicut nouissimi, quia primis recipientibus, quod sibi debetur, non fit iniuria per id, quod nouissimi id est, sero venientibus fit gratia. Sic in vesp̄era consummationis seculi, id est, aeternæ vitæ denarius datur, tam sero q̄ mane in vineam, id est, in Ecclesiam Christi venientibus. Sic & Matth. 2.1. Aliam parabolam, inquit Christus, audite: Homo erat patrifamilias, qui plantauit vineam, & sep̄em circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrinē profectus est. Cum autē tēpus fru-

etuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Agricolæ autem apprehensis seruis eius, alium caeciderunt, aliud occiderunt, alium lapidauerunt. Iterum misit alios seruos, & illis fecerunt similiter: Nonnulli misit & filium, quem videntes dixerunt, hic est haeres, venite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius, & apprehensum eleverunt extra vineam, & occiderunt. Hac parabola sic scribis ac Pharisæis proposita, interrogavit illos: Cū ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiuunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit alij agricolas, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legitim, lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli, à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: ideo dico vobis, quod auferetur à vobis regnum Dci, & dabitur genti facienti fructum eius. Varijs similitudinibus, duocisque figuris res eadem conte xantur. Quos in superiori parabola operarios & vinitores appellabat, in hac nunc agricolas, nunc aedificatores, seu clementarios vocat, consideratione habita ad Ecclesiam, quæ nunc vinea, nunc ager domini, nunc domus domini appellatur. In hac parabola, argumento sumpto à simili ex ipsorum Pharisæorum & scribarum responsione conclusis **C H R I S T Y S**, regnum Dei iusta ratione auferendum esse à Iudeis, qui iniustiles serui, & infideles domino suo extiterant, & transferendum esse in alium populum, scilicet in gentes, quæ faciant fructum eius, & manifesta est similitudo, siue regnum Dei intelligatur secundum id quod regnat, ut est **C H R I S T Y S**, siue secundum id supra quod regnat, ut est Ecclesia, siue secundum actum, id est, regenerationem quæ est in cordibus hominum per Christum regem, siue secundum id per quod regnat, ut scripturarum intelligentia. Omnia enim hac iusta ratio est, dum palam ostendit Dei prouidentiam, secundum temporum successiōnem illis affuisse, & ab ipso quod ad salutem eorum pertinet non esse prætermissum. Eos autem inaudita nequitia & crudelitate, hac Dei clementia cōtumaciter fuisse abusos. Sic & in parabola Marthæ. 22. Simile est regnum cœlorum hominum regi, qui fecit nuptias filio, mittens seruos suos vocare ad nuptias, illi autem neglexerunt &c.

Per similitudinem subindicat Iudeos ratio iusta, propter inobedientiam, propter homicidium, & atrociam sceleram perdidos & excludendos à nuptijs. Gentes vero assumendas, sed & inter has esse nonnullos, qui sunt & ejiciendi, & in igne mittendi, yeluti quæ fuerit inuenta non habere vestem nuptialem, id est, candorem cœlestis habitus, seu gratiam sancti spiritus, quæ est charitas erga Deum & proximum. Nisi enim quis puram habuerit vitam, induitus viscera miserationum, hoc est fraternitatem, benignitatem, nihil ei proderit nuda fides.

Hic enim scendum est, quod hæc parabola, est alia ab ea, quam recitat Lucas qua dicitur: Hom o quidā fecit coenā magnam, & misit seruos suos hora coene dicere iuitatis ut venirent. Nam hic apud Lucam per coenam intelligitur eternum & ultimum coniūniū, intra quod si quis semel fuerit ingressus, nōquam ejicitur. In superiori autem parabola, per nuptias intelligitur præfens Ecclesia, Christo sociata ex iudeis gentibusque collecta.

Eiusdē generis est parabola quæ assumitur Matthæi vigesimo quinto: Tunc simile erit regnum cœlorum de cœlo virginibus, quæ acceptis lampadibus suis, exierunt obuiā sponsio & spōsa, & reliqua. Vbi in decem virginibus intelligitur Ecclesia, quæ cōplēctitur tam bonos, quam malos Christianos, per fidem sacramentum vni viro **C H R I S T O** despōsatos, qui acceptis lampadibus, hoc est, visibilibus fidei tum sacramentis, tum operibus externis, in vasis, hoc est, in corporibus suis professione quadam, exiunt de mundo in occursum sponsa, id est, Ecclesiæ sanctorum venturæ ad iudicium, vna cum sponso Christo, quo tardante suum iudicium somno mortis dormierunt omnes, sed prudentes quæ sibi de oleo charitatis in Deum, & proximum in vasis suis prouiderat, vna cū lampadibus de somno mortis excitatae sub aduentum Christi paratae ingredieruntur ad nuptias cœlestis gaudij, vbi in semipiternum fruantur sponso suo Christo, vna cum sponsa, quæ est cœlestis societas exercitus. Fatuæ autem experefactæ tunc de somno mortis suscitatae, sentientes se oleo indigere, præ angustia spiritus consternatae, desiderabant quidē liberationis auxilia, destituta tamen omni spe obtainedi, certò vindicantes iam transisse beneficiendi tempus, perpetuo excluditi-

tur à nuptijs. Similis generis est parola, quam assump-  
psit Saluator contra Simonem quendam Phariseum, qui de-  
spiciebat non solum poenitentem mulierem peccatricem, sed  
etiam reprehendebat dominum eam suscipientem. Est autem  
hæc parola de sceneratore, cui duo erant debitores,  
& cum donasset debitū utrūque, plus est ab eo dilectus cui  
plus donauit, Lucæ. 7. Ex qua concluditur, Mariam plus dile-  
xit Christum, per quem nouerat plura sibi remissa esse pec-  
cata, cui autem minus remittitur, minus diligit. Sic & secundū  
similitudinem sunt parabolæ de homine habente duos filios  
Lucæ. 15. Item duas similitudines, quæ adhibentur in fine cap-  
ituli Luc. 14. Una de eo qui proponit ædificare turrim, al-  
tera de rege, qui vult ire ad bellū, ad hoc pertinent, vt quis-  
que volens esse discipulus Christi, militare Christo, & tem-  
plum sanctum edificare suo Christo, priusquam accipiat hanc  
militiam, hanc disciplinā, suppedit vires animi sui, ne ad ob-  
iectam occasionem deficiat ab incepto. Deficiet autem, nisi  
principiū profiteatur, renunciet omnibus, quæ possidet, &  
odiat patrem suum & matrem. i. & in se, & in suis paréntibus,  
& cognatis contemnat humanum affectum, quo cum impe-  
dimento futurae vita præfens vita delectat, ne in illius confu-  
sionem dicant transentes. Hic homo coepit ædificare, & nō  
potest perficere. Cœpit in via Euangelica militare Christo,  
& non potuit usque in finem perseverare.

Et similis generis parabolæ fieri possunt ex Prophetarum & Psalmorum metaphoris, veluti cum Apostolorum prædicatio significatur in sonitu & elevatione seu impetu fluminis, quibus fremunt maria, conturbantur montes, cōfringuntur cedri, lētificatur ciuitas. Sicut enim aquæ dum plurima confusione turbatae deieciuntur in mariis viscera, grandem reddunt sonitum, deieciuntque montes & arbo-  
res. Sic grandis fons Apostolorum prædicatione gentes con-  
turbatae intremuerunt. Haec tenus id parabolarum quib. adhi-  
bentur similia ad insinuandum Euangelicæ veritatis myste-  
ria, seu officia. Aliæ vero sunt parabolæ in quibus talia qua-  
dam insinuantur non secundum similitudinem, sed per simi-  
litudinem, ex qua cognoscere possumus, quid sit in re dissimi-  
li. Quemadmodum Christus docens, quod ad resistendum

hostibus, & super eandem inimicos oportet nos semper orare, & non deficere, de iniquo iudice sumpsit parabolam, qui etiā neque timeret Deum, neque reuerteretur hominem, tamē im portunitate quadam impulsus tandem cessit assiduis eiusdem viduæ interpellationibus, ne sibi ab illa tedium fieret, ne venies, inquit, suggestus me. In hac parola iniquus iudex nec Deum nec hominem timens, nullatenus personam Dei gerit, sed per ipsum consici potest, quantum Deus iustus & bonus curat deprecates, cum nec homo potest conteneret eos, quillum assiduis precibus tundunt, tanq̄ diceret: Si apud ini-  
quum iudicem usque ad effectum implendi desiderij value-  
rat persequantia viduæ deprecatis, quanto certiores esse de-  
bemus apud Deum fontem iustitiae & misericordie valere ora-  
tionē Ecclesie in tribulatione suppliciter & percutierâter de-  
precatis. Eiusdem generis est parola Lu. 11. ad quem veni-  
tur media nocte, vt mutuet tres panes: cōparatio est à mino-  
ri. Si enim amicus homo surgit de cubili, & dat non propter  
amicitiam, sed molestia & tedium cōpulsus, quanto magis pete-  
bus dabit bona Deus, qui diligens nos filios suos vt petam⁹  
horatur. Talis est & parola Lu. 16. de villico, qui & iniquus  
dissipator bonorum ei cœtus à dispensatione laudabatur a do-  
mino, non de fraude, sed de prouidētia, quod pr̄ ospex erit si  
bi in futurum, dum falsatis chirographis relaxauit singulis  
debitoribus, quātum sibi commodum visum fuerat. Lauda-  
bit dominus, inquit scriptura, villum iniquitatis, quod pr̄  
udenter fecisset, quia filii huius seculi prudētiores sunt filiis lu-  
cis in gloriō sua. Ex hac similitudine concluist Saluator: Et  
ego dico vobis, facite ergo vobis amicos de māmona iniqua-  
tis, vt quā defeceritis recipiat vos in æterna tabernacula. Mā-  
mona iniquitatis, seu opes iniquitatis dicitur, quas cū domin⁹  
dedit ad impēdia necessitatibus fratrib⁹ & conseruatiō nostrorū,  
nos tenemus nobis. Quod Hebræi iuxta lingua Syriacā vo-  
cant māmona, Latine appellatur diuitiæ, vt inquit August. in  
libro de verbis domini, atq; hīc magis sunt opes iniquitatis,  
si illas nobis faciamus diuitias, in ipsis constituētes nobis spē  
atque copiam nostræ beatitudinis. In hac ergo parabola vil-  
licus in eo quod falsatis chirographis fecit sibi amicos de bo-  
nis domini sui, personas iustiorū nō gerit. Nō cū iusti domi-

no suo aut proximo in aliquo faciūt fraudē, vt de ipsa frānde cleemosynā faciāt. Proinde ē cōrrario dicitur huiusmodi parabolē, vt intelligamus filiadari potuit is, q̄ domino suo frādē faciēs, in futurum sibi prouiderit, quanto magis à domino deo, q̄ nullū dānū sustinere potest, est pronus, & in clemētiā laudari merebitur, quī quis secundū illius precepta sibi amicos faciat de diuitijs sibi creditis. Tales igitur sunt parabolæ que probant secundnm huiuscemodi principia. Si illud, quantō magis istud. Aut si non illud, quantō minus istud. Et talibus principijs innituntur ea, quae in nouissima parabola Saluator continuo subiecit: Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, & qui in modo iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis crederet vobis? Si in alieno fideles non fuistis, quod veretur est, quis dabit vobis? Ac si dicat: Quisquis in rebus sibi à domino creditis dispensandis est tanta fidelitatis, ac solitudinis, vt etiā in his quæ modica sunt, & parui pretij, sit solitus & fidelis domino suo, is magis erit sollicitus & fidelis domino suo in rebus maioris ponderis. Rursus quisquis tam iniquus est, vt etiā in rebus parui pretij, ex parua videlicet vnde cunque natā occasione, aut ex modica tētatione sit infidelis dño suo, is & multo magis infidelis erit in rebus magni pretij. Qui pro re vili, & parui pretij vult præterire iustitiam, & legem Dei transgredi, is multo magis idipsum pro rebus magni pretij facturus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod veretur est, quis crederet vobis? hoc est, si in vilibus, vanisque diuitijs, quas domin⁹ inæqualiter dispēsat, in eisdem cōstituens alios abundantiores, ad impenditane cœssitatis fratrum, fuistis non fideles dispensatores, sed auari detentores, quōnam pacto constituentū dispensatores invēris ac preciosis bonis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod veretur est, quis dabit vobis? hoc est, si in re transitoria, q̄ vobis cū ferre nō potestis, nō fuistis fideles, q̄s dabit vobis id quod vere veretur est, quod & vobiscum potest esse perpetuum?

Experimur quidē plerosq; qui paruis in rebus fidem feriant, tenentes iustitiae normam, qui tamen pro magnis lucris & commodis violent & fidem, & iusurandum, quemadmodum de Phariseis ait Saluator, liquantes culicem, camelum

autem glutientes, hoc est, obseruantes minima, contemnen-tes maiora. Sed hec nihil cōtra sententias Christi, quippe qui loquitur de fidelī & iniquo, quæcaus vt tales operantur, hoc est, quatenus operantur secundum affectionem, aut fidelitatis aut iniquitatis. Vnde bonus & iustus homo, ex virtute iustitiae disponitur ad vigilandum magis in rebus magni pretij, q̄ in rebus vilioribus & mirantur, quæ quasi pro nihilo repūtauntur. Attamen si virtus iustitiae in eo sittanta, vt faciat animatum cius vigilare, & custodire iustitiae normā in rebus paruis, multo amplius disponitur ad vigilandum in rebus magni pretij. Potest tamen fidelis & iustus secundū arbitrij libertatē transgredi tam in paruis, q̄ in magnis, quemadmodum ait de illo scriptura: Qui potuit transgredi & non est transgressus.

Ex supradictis igitur manifestum est, quod regnum cœlorum, cū dicitur esse simile huic, aut illi, non oportet ex hoc intelligere similitudinem assumptam in omnibus suis parti-bus conuenire mysterijs regni cœlorum, cui adhibetur, cum sufficiat similitudinē essi in ea regni cœlorum parte, aut con-ditione, propter quam declarādam erat assumpta. Hoc patet primum in parabola de decem virginibus, & in parabola de duob⁹ filiis, & in parabola de patre familiās, qui cōduxit opere ratiōs in vineam suam. Manifestum est quod haec nouissima parabola non in omnibus partibus conuenit, sive exponatur de vesp̄era, id est, de fine mundi, quemadmodum interpre-tatur Chrys. Greg. Rabanus, & ceteri antiquiores, sive Nic. de Lyra, & alii quidam de vesp̄era, i.e. de tépore sub gratia pri-mi aduentus Christi distributientis gentibus gratiam Euange-licam patrem Iudeam, qui sub onere & astu legis diu labora-uerat. Haec tenus de parabolis, quas dominus noster Christus diuersas proposuit populo Iudeorū, vt iuxta vulnērum vari-ates, sit & medicina diuersa. Quemadmodum diuersus est homīn̄ stomachus, alij amaris, alij dulcibus, alij austerioribus, alij lenibus delectantur cibis: Ita & varius est hominū animus, alij duris cōminatiobus, alij consolationibus, alij correptionibus indigent, & secundū varios hominū animos, varias Christus proposuit parabolas ex rebus corporalibus & visibi-libus sumēdo similitudines, quibus vel timore, vel amore mo-neatur animus super rebus spiritualibus.

FINIS.

IOANNIS DRIEDO

**T B A S I L I V S I N I S A I A M.**

Imagines  
vultuum.

Quemadmodum enim vultuum imagines non in qualibet materia redduntur, sed in ijs duntaxat, quae leuorem & pellucientiam quandam habent: Ita non in quibuslibet metibus operatio spiritus, sed ijs quae nihil habent obliquum, nihil obtortum. Candida quidem nix, verum imaginē intuentū non reddit, propterea quod inæqualis est, è cōcreta spuma constas. Lac albi, at non exhibet imagines, ed quod huic exigue quepiā sint bullulae. Cōtra aqua, rameti si t nigra species, tamen representat ob leuore: Ita videlicet virtus inæqualitas nequaquam idonea est, ad recipiendam diuinam operationem.

**I D E M D E S P I R I T U S .**

Venatorū  
laqueus.  
Bellarium  
infidiae.

Quemadmodum venatorum laqueus, ac bellantium infidiae fraudem habent occulta arte subditam: Ita complurium interrogations infidiosae sunt, qui per contationes obiciunt, non ut ex his capiant aliquid utilitatis, sed ut quum representerint responsionem minus facientem ad ipsorum affectū, hanc iustum belli caussam habere videantur.

Nouæ vo-  
cum fictio-  
nes.

Ceterum qui consueta fastidiunt, ac vetera tanquam obsoleta summovent, iij sunt qui nouas vocum fictiones: quemadmodum qui in cultu studiosi sunt ornatus, semper nouam formam præferunt communī.

Corpora  
mollia ce-  
dentiæque.

Quemadmodum in corpora mollia, cedentiæque non possit egregiam plagam impingere, eo quod obfistere, contraquæ nisi non queant: Ita eos qui palam insaniunt, non possunt fortiiu[m]enique redargitione percellere.

Ars.

Quemadmodum ars est in eo qui nactus est illam: ita gratia spiritus in eo qui recipit, semper quidem præfens, at non perpetuò operans. Nam & ars potentia quidem est in arte, aet[er]no vero tum, quum secundum illam operatur. Itidem spiritus semper quidem adest dignis, sed operatur in illis iuxta utilitatem, aut in prophetijs, aut in sanacionibus, alijs mitemulorum operationibus.

Mare.

Quomodo mare baptissimi typum gerens separat à Pharaone, sic & lauacrum hoc à diabolica tyrannide. Illud quidem occidit hostem in se, moritur & iniuricitia, quæ nobis fuit cum Deo. Ab illo populus exiit illensus. Ascendamus & nos ab aquis tanquam ex mortuis viuti, seruati per gratiā eius

SIMILIA.

144

qui vocavit nos. At umbra quam fecit nubes figura est devi proficidente à spiritu sancto, que flammatum cupiditatū mortificando membra refrigerat.

Atque illorum quidem verba talia sunt, qualia essent hominum ira commotorum, qui ob rationem affectu obscurata mā nullo temperant, quod ad vincendum eum, à quo offensi sunt, faciat.

Spiritus sancti sic omnes participes sunt, vt ipse maneat integer, radix solis in morem, cuius beneficium adest eo qui Radix solis fruatur, quasi soli adst, quum & terrā illustrat, & mare, & aet[er]ni miscatur: Itidem & spiritus sanctus, vnicuique capacius quum adst, quasi soli, omnibus sufficiēt, & integrum gratiā infundit quo fruuntur quæcunque de illo participant, non quantum ipsa sua natura possunt capere, sed quantum potest ille.

Et quemadmodum corpora illustria perlucidaque locata, Corpora radio solis, sunt & ipsa supra modum splendida, & alium fulgorem ex se profundunt: Sic & animæ spiritu afflata, ac spiritu illustrata, sunt & ipsæ spirituales, & in alios gratiā emitunt. Hinc futurorum præficiunt, arcana intelligentia, occulorum comprehensio, donorum distributiones, cœlestis conuersatio, cum angelis chorea, hinc gaudium nunquam finendum, hinc in deo perseverantia, hinc similitudo cū deo, & quo nihil sublimius expeti potest, hinc est vt Deus fias.

Profecto stulti, ac omnino infantilis animi est, puerique cui reuera lacte est opus, ignorare magnum illud mysterium nostræ salutis, quod quemadmodum doctores facere solent. Doctores in instituendis discipulis, ita nos in exercitatione pietatis dñi ad perfectionem inducimur, primum perceptu facilioribus, ac nostro modulo congruentibus ad incomprehensibilem scientiam paulatim introducti fuimus, Deo qui nostra gubernat, oculos nostros velut in tenebris erutritos, paulatim ad mandata institutum illud lumen assidue faciendo subveniente. Dum enim patitur infirmitati nostræ, in profunda opulentia sapientie suæ, inique imperficiabilibus iudicij, placidam hanc nobiscj accommodam adhibuit institutionem, vt prius corporum umbras interemerim, & in aquis sole cerneremus, cōtiefaciens, ne protinus spectaculo puræ lucis offensi, caligaremus.

**Stadij finis.** Quemadmodum enim in his qui postea quam ad stadij finē percuenerunt, se reflectunt, & prūsq̄ā in cōtrarium moū cantur, consistunt paulisper, ac requiem aliquam interponunt: Sic & in mutatione vita videbatur necessarium, vt mors inter priorem & posteriorem vitam intercederet, quæ & precedente finiat, & initium det sequitur.

**Lucerna.** Quemadmodum enim si in nocte tollas lucernā ē domo, superest ut nihil videant oculi, nihil operentur virtutes, nec agnoscatur rerum dignitas, sed per ignorantiam aurum perinde conculcetur ac si ferrum esset: Ita in intelligibili gubernatione, impossibile est illam iustitiam manere vitam ab alijs.

**Exercitus.** spiritu: nihilo profecto magis, quād exerceit⁹ in recto ordine manere potest absente duce, aut chorus in cōsonantia, nisi adhuc chori p̄fectus, qui temperat harmoniam.

**Floridi colores.** Sicut enim quæ iuxta floridos colores posita sunt, è sp̄lendore promanante colorant & ipsa: Sic qui evidenter intendit oculos in spiritum, ex illius gloria quodam modo transformatur, vt fiat illius prior, dum veritate à spiritu promanante, seu corde illuminatur.

**Contagia pestilentiarum.** Quemadmodum in contagijs pestilentiarū etiam iij qui summa cura seruant victus rationē, tamen ijjdem morbis quibus ægroti laborant, ob confuetudinem eorum, qui corrupti sunt, oppalentur & ipsi. Itidem nunc omnes similes internos facti sumus, à contentione, que nostros animos occupauit, ad malorum æmulationem redacti.

**Corpora curantes.** **C D E E B R I E T A T E .** Ut in pestilentia solet euenire, iij qui corpora curant, sanos quidem & eo morbo liberos adjungunt quibusdam ad sanitatem seruandam facientibus, securos reddunt, illos vero qui iam affecti sunt minimè attingant: Sic ferme noster ex parte tantum aliqua proficere poterit custodiām atque observationem contra prauos affectus animi monstrando: hos vero qui iam illis tenentur prætereundo.

**Nauigia.** Velut nauigia quando flūtibus procellæ acceptis grauitur, necessario commūcatus vacuatione ac projectione vacuanda sunt: Sic ebrijs rerum stomachum grauantium vacuatio necessaria, ex quo & vomitione & deiectione frequenti vix leui possunt, tanto naufragis deteriores, quanto illi res car-

fantur extrinsecus & mare.

Sicut splendens aliquid vilum perficit, summē autē splēdēns, hebetat atq; vaſtat: & magnū sonitus ac strepitus ob splendens excessum, audiū tollunt: Sic & ifsi ob assiduam atque immodicam voluptatem se se vaſtant atque corruptunt, & à nitus ac delectationis via omnino auertunt.

Nam sicuti vallēs & botri donec torrentibus inundantur pleni esse videntur, ynda verò desinēt, statim fūcæ vacueq; remanēt: Sic & vinolētorū ora vino ac potatiōe duratib⁹ extatur ac madescūt, paulo post cōtinua fūccitate laborant.

### D E I E V N I O.

Quemadmodum vermes qui in puerorum intestinis germinat, pharmacis quibusdā vchemēter acrib⁹ & amaris exticiuntur: Ita p̄ eccātū in itimis fecesib⁹ habitās, extinguit, enecatque simulatq; in animā sanguinerit icūnū, ob hoc ipsū suo dignū nomine, quod inedia purget anima vīscera.

Sicut famēs præcedēt, epulas facit lūques: Ita & eduliorum sumptionem ieūnū condit atque edulcat.

Perinde atq; in acie hinc atq; hīc instructa ad cōflictū, quālerī parti ferrū suppetas, facit vt alter vincatur: Ita qui carnē se adiungit, expugnat spiritū, & qui stat à spiritū, carnem in scrūtūtē redigit.

Quemadmodū enim luxus cogit illos onustos incedere nimirū ea quibus se ingurgitārūt circumferentes: Sic ieūnū eos & leues reddit, & expeditos.

Quemadmodū qui longinquā p̄fectionem adornant cōponunt sarcinās, & cōmetū parant: Ita nōnulli vecordes hodie adiuerſus quinque dierum ieūnū vīno indulgent.

Nisi forte diētūs es illud, quod naucleri facilis seruat namis sarcinām sarcinis onustā, quād cā quæ ad cursū expedita est nō onusta, ac leuis. Nam oneris magnitudine grauitā quānuis exiguis expedita fluctū adorians demergit. Contrā quæ modicis sarcinis temq; & leuis. perata est, facile suffert vñdarum impetum, eo quod nulla res impeditat eam, quo minus fluctū in altū surgentem superset. Eundem ad modum, & hominū corpora, assidua explecionē degrauata, facilē à morbis demerguntur. Ceterū quā facilē leuiq; vtantur alimonia, non modo malum, quod à morbo imminente expectabatur, velut tēp̄statīs assultum

## BASILII MAGNI

Amiantos lapis.	Effugient, verum etiam praesentem iam aegritudinem, velut turbinem quandam coorientem discutunt.
Sol.	Est lapis eius naturae, quem hinc Amianton Graci vocant, ut inquinari non possit, hic ab igni non vincitur, sed impoitus igni videatur ignescere & in prunâ verti, rursum exemptus igni, perinde quasi fuisset aqua candidatus, appareat purior: huiusmodi erant illorum pucrorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio cōsequita, vt nulla possent vi inquinari. Si quidem vehementi fornacis flama, quasi natura fuissent auric: ita apparuerunt innoxia, vi igni superiores, quoniā potius auro potentiores declarati sunt. Neq; enim illos liquefecit ignis, sed integros illos seruat.
Vigilias.	An non vides solem esse latiorem post noctē ac vigilā esse iunciudiorem post somnum? & sanitātē desiderabiliorē diuersa expertis? Iridem & cibis gratior posse ieiunium.
Sanitas.	E copioso pastru ceu formosi vapores quidam exhalantur, qui lucem sancti spiritus in hominis mentem irradiantem, quasi densa nubes interuenient, intercipiunt.
Vapores.	Ne velut in hos dies, crapulæ thesauros reponito. Ista infida penitus cella est, in pertulū hauris doliti: fit enim vt vinum perfluat, ad suam recurrens viam, peccatum verò maneat in dolio: famulus profugit ab hero verberante, tu vero non recedis à vino, quod contundit caput tuum. Ebrietas ut somnum adfert mortis germanum: Ita vigiliam habet somnijus ad similem.
Famulus.	Furnus abigit apes, dona verò spiritualia fugat luxus.
Oleum.	Quemadmodum oleum oblitus athletā: Ita ieiuniūtibus addit ei qui ad pictatem exercet se.
Milites.	<b>HOMILIA II de ieiunio.</b> His qui bellicis in rebus exercentur, quiq; in palestris luctando desiderant, conuenit ut ciborum copia reddant seipso corpulentos & obesos, videlicet, quo validioribus nervis labores queant capessere: contrà verò quibus non est collatatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi reges, aduersus harum, aduersus spirituales malicias, hos oportet per sobrietatem ac ieiuniūt ad certamen exerceri.
Rhipis sp.	Leuius periculum est si quis rhipis appelletur, quod

## SIMILIA.

146

clypeum in acie abiiccerit, quā m̄ si magnam illam armaturam ieiunium videatur proiecisse.

Quod in equis accidere solet, hoc in homībus quibusdam, ut copiosus ipsi sufficiat necessaria, hoc euāciores.

### DE IRA.

Quemadmodū in medicorū preceptis, quādō ad opsite & ex artis ratione experientia sumitur, tūc maxime utilitas ostē di sole: Sic & in spiritualib⁹ monitionib⁹ postq; p̄cepta exitū testimonij comprobatū ostenderunt, tunc eorum utilitas ad vitā illorū q; admonētur correctionē & eruditōne referuntur.

Quemadmodum torrētes ad curua loca decurrentes secum obvia quæq; trahunt: Sic & iratorum impetus violenti & infaustis omnia similiter percurrunt atque obruunt.

Sicut ille qui minime sentientem aut curantē verberat seipsum lēdit, & incōmodo afficit, quid nec inimicū plecte Seipsum lære, nec manum iramq; exatiae se videat: Sic & is qui contundens, melia in eum, qui nequām dolat, vtitur, perturbati animi consolationem inuenire nullo modo poterit.

Sicut miles quidam apud ducem arma sumens paratus Miles, est eius iussu auxiliū præbere: Sic iracundia ratione adiutrix contra peccatū fuit.

### DE INVIDIA.

Quemadmodum venenum, ferrum: Sic inuidia hos qui eam possident absunt, atque vastat. Magis autem sicut viveras dicunt abrupto matris ventre nasci, sic & inuidia concipientem eam animam corrodere simul ac tabescere apta est, nec nimis durum, cum hominem malignum & inuidum, continuo dolor atque tristitia comitentur.

Quemadmodum ardente syluam, aut materiam nobis Ardētis sylura est procul fugere ab ea scedere: Sic opus est (quoad uæfuga, fieri possit ac liceat) inuidorū cōuersationes à nostra amicitia repellere, ut extra eorum venenatas sagittas securius agamus.

Quemadmodū sagitte magna vi emisse, si in durū aliquid Sagittæ ac reponi, inciderint, in emittement facile redire: Sic inuidia proximis tristitia nequaq; adfert, inuidenti tantū officit. Vultures.

Sicut vultures permulta quidem prata, multa etiam amœna & odorata loca circumvolantes, ad tabida & foculēta loca feruntur. Muscæ quoque salubre si quod offendunt, pra-

Muscæ.

T ij

## BASILII MAGNI

tereunt, ad hulcera vero properant. Sic & inuidi vita splendorem ac rerum bene gestarum magnitudinem minime quidem respiciunt, manca vero & fragilia, & si quid erratum (vt quando; rebus accedit humanis) tantum obseruant, haec diuulgant, & per haec tantum homines dignosci volunt.

Quemadmodum maligni pictores qui hominis imaginem ex aliqua nota aut hulcere natura seu cau infisa corpori, effingunt, claramque esse cupiunt.

### DE INSTITUTIO MONASTICO. CAP. IIII

Sic ut fabri securi facies aut falce, meminit semper eius quod iniuxit, & retinet cordis suo cuius magnitudinem vel qualitatem vel formam iniuxerit fieri securi, & illud sepe intedet quod sibi meminit a domino operis iniunctum, ad hoc dirigit manus ministerium, ut forma operis cuius est quod iniuxit a eo ac voluntate concuerat. Si autem obliuiscatur quod vel quale sit quod sibi fuerat imperatum, sine dubio aliiquid aliud quod sibi fuerat iniunctum faciet. Ita & Christianus omnem conatum, & omne studium in actibus suis adhibere debet, ut secundum voluntatem Dei qui opus iniunxit, siue quoque dirigat opus, ut & actus sui ornent, & possit eius qui praecepit voluntate implere. Tunc etiam illud compere potest quod dictum est: Siue manducetis, siue bibatis, siue aliud quid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite. Si vero declineris aliquis a regula, & corrumpat obseruantiam mandati, ex ipso arguetur quod sit immemor Dei.

### SERMO. IN ALIQVOT SCRIPTVRAB LOCOS.

Vidi ego iā, partim audiū, res certa est. Inter animalia hominibus inimicissima, pardalim quādōque in statīs hoīs oculos praे ira inuadēt; quāt ferē deludere furorē quātūt hominis imaginē ei ex charta ostēdūt, illa statim furibunda cācōcerpit atque dilacerat, hoc argumēto satis offendens, quā sit eius aduersus hominē inimicitia: Sic itē diabolus in imagine hominē ap̄ parēt infectatur, quando Deum ipsum attinere nequit. Sic & contra nos bellum ipsius satis ostendit.

### SERMO. AD BAPTISMUM.

Auis astuta Vidi ego iā auis astutæ mirā artem, cum pullos suos videat adhuc ob debilitatem prædæ periculo expositos fere au- cupiante illos, ut prædæ paratæ offentre, ita sive verētē ac ge- stus dispensantē, ut nec periculo penitus, aut manibus se pte-

## SIMILIA.

147

beat, neque itē insidianti spem omnino eripiat. Sic itaque illum inter vtrunque versando, occupando, in se retinēdo: spatum dat natis ociose fugiendi. Ipsa ad extremum euolat. Causa igitur ne tu aucupi similia patiaris, certa pro incertis relinquens, spem firmam vanam commutans.

### SERMO. IN VERBA. IN PRINCIPIO ERAT &c.

Solem hūc sensibilem, nemo est qui nō lauder, & ipsi⁹ mag- nitudinem, simulque pulchritudinem, & radiorum symme- triam & lucis splendorem admirans: Si vero in eo diligētius atque pertinaci⁹ intuebitur & indies eius aspectū considerabit, nō solū quæsēt in eo deprehender, sed etiam oculorum aciem debilitatus abscedet. Tale quid mihi videor pati mēte si requiratur de Deo, quid sit.

### IN PSALM. PRIMUM.

Quemadmodum in gradibus prima est ascensio ab hu- mo recess⁹: Sic iū exercitatioe laudabilis opis, discēp⁹ a malo.

Sicut qui in coeno sepe oboluunt, continuo sibi lutum au- Ceno ob- gent: Sic qui in carnis affectus facile ruitur, ceditatem ex vo uoluti. luptate singulis diebus sibi accumulant.

### IN PSALM. XXXVII.

Non fugit corripi, sed in ira corripi. Velut si quis medi- Medicus, co qui paratus sit per ferrum & cauterium, & amara reme- dia auxilium ferre, in cura morbi alicuius dicat: Non quæ- so per ignem, neu per ferrum & incisiones, sed per leues & faciles medicinas me cura. IN PSALM. LXI.

Vidi ego iam medicos, non prius medicinas salutares da Salutares re, quāt vomitu graſantem naturam, morbi causam cuacu- medicinæ ent. Sed & vas quod odore tetro fuerit referunt, ynguen- Vas odore tum odoratum minime recipere poterit. Op⁹ itaque ea quā tetro refer prius occupant, ut impedimenta remouere, si alia succeden- tia collocare velimus. IN PSALM. CXV. Indemon-

Cūlibet disciplinae necesse est indemonstrata esse discēti strata b⁹ principia hoc eū manifeste ex ijs q̄, sūt extra fidē, appa- discēret. Nā si geometrica prima principia nō cōccdas, dūrū fue plinarum ritide syngasma deducere. Itē arithmeticā, ī primis īmo- præcepta, reliqua q̄ ex ijs sequuntur īpediūt: Sic & medi- cis medicinæ principia minime demōstrantur. Denique in quolibet studio, q̄ ordine in fine pcedit, īpossibile primo-T iii

rum subiectorum demonstratioes inquirere. Sed necesse omnium artium quæ probatione nituntur, principia sine vestigatione aut ratione posita, reliqua quæ deinceps sequuntur cum ratione ostendantur: Sic & theologiaz mysterium ex fide, minimè rationibus probata adificium querit.

Credere inquit Apostolus oportet accedētem ad Dñm, quia ipse est, nec contendere quid est.

## IN PSALM. 14.

Inquiliinus Quemadmodū incola qui alienæ inquiliinus est domus, ad dominii arbitriti cam colitatque exercet: Ita & nobis carnis diligētia traditur, ytcōgruē cā exercētes fructū ex ea bonū p̄bēti reddam⁹. Si cī⁹ Deo digna fuerit, sicut cī⁹ tabernacī.

## IN PSALM. XLIIII.

Pannus. Quemadmodum pannus stainine orditus contexitur: Sic si verba facta comitentur, aut sermouibus probis actiones induantur, ornatissima quedam animæ circundatio, munitionē: sicut, qui vitam re ac verbo perfectam redolent: fimbriæ nanq; vestis spiritalles hæ sunt, ideo aureæ dicuntur, quæ item virtutem notare videntur re ac verbo absolutam, quod hæc vestibus extēt, ac panno supersunt.

## IN PSALM. XLV.

Oculi. Velerū oculis euenire solet, ut interualla remota, hebetem faciunt visibilium comprehensionem, propinquantes vero ac vicinitates intuentum, ociose ac distincte notitiā visibilium præbēt: Ita & in cōtemplationibus puris, is qui per bona opera, sc̄e d̄ e o familiarem ac propinquum non reddit, ipsius opera puris mentis oculis videre non poterit, idcirco, Venite, appropinquate, & sic videte opera domini, &c.

Calamus. Sicut calamus instrumentum scribēdi est, ipsum sc̄itè mouente manu ad eorum significationem quæscribuntur: Sic etiam iusti lingua, quam sanctus mouet spiritus, æternæ vite verba ardentiū cordibus inscribit, tincta quidem non atramento, sed spiritu Dei viventis.

## IN PSALM. XXXIII.

Lumen. Sicut sensibile hoc lumen non omnibus similiter oritur, sed habentibus oculos & vigilantibus, & nullo impedimentoo prohiberi valentibus, recte conspicitur solis aduentus: Sic & iustitiae verum lumen, quod illuminat omnem hominem

venientem in hunc mundum, non omnibus eius splendoreim præbet, sed his tantum qui recte erga Deum schabent: Lux, inquit, orta non peccatori, sed iusto: Ut enim ortus est sol, sed Sol, non vespertiliosibus, nec alijs animalibus nocturnis: Sic & lux natura quidem ipsa fulgens & clara est, non tamen omnes clariatis participes existunt.

## IN PSALM. Bened. do. in om. temp.

Linguum hominis similem fecit lenæ cuidam & conciliatrici, quæ parata est seu bonam, seu malam concupiscentiam ad effectū perdūcere. Lena.

Non aliter quam cerius venenum ex antris trahit halitus Cerius, suo, & purgat. Ita quidam sua pia conuerstionē alios à peccato retrahunt, & conuertunt.

## IN PSALM. LIX.

Ego fratres hodie vestram ad audiendum alacritatem respiciens, & meam dicendo debilitatem considerans, quādam similitudinem pueri infantis mihi vide videor, qui lacte, ybere materno ob valetudinem deficiente prohibetur. Mater verò filij desiderium sentiens, quāquam exiccatiō lactis fonte, vexata tamen, & manib⁹ puerilib⁹ pulsata, vbera qualiacunq; præbet, nō tam vt infantem nutrit, quām vt flentem sedet, & ad quietem adducat: Sic itaque mihi evenit, qui quāquam valde sum ex hoc morbe corpore debilitatus, non consolationem vobis quidem optatam, ac dignā offeram, sed copiam ac faciūdiam, qualem possumus, præstabo. Quām brem ingenti charitati vestræ tantum latis erit, vestrum in me desiderium sola voce sedare.

Flamma, quæ à proprio fumo supprimitur, aditum li- Flamma. berum non habet, sed circa illum volvitur: Sic & virtute animas dirigente tabescere deiçique a magnis turbationibus non contingit, cum nullum ad exteriora respiratio- nis exitum habeant.

## IN GORDIANVM martyrem, militem Cæsaricū. Ignis.

Quādmodum ex igne naturaliter emicat splendor, ex vnguē quoque præstanti diffunditur odor: Sic & sanctorū commemoratione gestorum, ad omnes prouenit utilitas.

Sicut arbores, quæ bona ferunt poma, prōprietatem bonitatis Arbores laudem nutrienti tribuūt humo: Sic iste ex nostra urbis p̄ pomifere.

## BASILII MAGNI

diens vtero, ad summumq; gloriae culmen eue<sup>et</sup>lus, patriæ, quæ cum produxit atque aluit, honorem glorioſissimi martyrij tribuit. Incunda sunt nobis extera poma, modo dele-ctent sapore: sed nostro longe gratiora gustui propria quam peregrina, praterquam, quod & gloriam quandam nobis conferre videntur.

Odoramēta.

Non solum homo quum videlicet cibum animalium, scit Suus cuique eum non pro se, sed pro animalibus creatum: sed & ipsa animalia agnoscunt proprios cibos: & alijs quidem (verbī causā) bus. veitur leo, alijs cervus, alijs bos, alijs verò aues: Sed inter homines sunt quedam differentiæ in appetendis cibis. Et alijs quidem, qui bene sanus est, & habitudine corporis valens, fortē cibum requirit, & credit, confiditque se edere omnia velut robustissimi quique athletarum: Si quis verò infirmorem se sentit, & invalidam, delectatur oleribus, & fortē cibū pro sua infirmitate rejicit: Si verò sit aliquis parvulus, etiāsi voce indicare non possit, re tamen ipsa nullam quam latcis requirit alimoniam. Et ita virus quisque vel pro artate, vel pro viribus, vel pro corporis valitudine, aptum sibi, & competentem viribus suis expedit cibum. Si sufficenter rerum corporalium considerat exemplum, nunc ab ijs ad intelligentiam spiritualium veniamus. Omnis natura rationabilis proprijs & competenteribus nutriti indiget cibis. Cibus autem in veris nature rationabilis sermo Dei est. Sed sicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differentias: ita & natura rationabilis, quæ ratione, & verbo Dei (ut diximus) perficitur: non omnis uno atque codem verbo nutritur. Vnde ad similitudinem corporalis exempli est aliquibus etiam in verbo Dei cibus latcis apertior scilicet, simplicior doctrina: ut de moralibus esse follet, quæ præberi consuevit ijs, qui initia habent in diuinis studijs, & prima eruditiois rationabilis rudimenta suscipiunt.

## HOMILIA SUPER IESVM

## NAVE.

Hac idcirco diximus, quia videremus in scripturis sanctis referri, quod propter unum peccantem anathema facti Anathema sunt filii Israël, ita ut vincerentur ab hostibus. Sed videamus & ipsum peccatum eius quale sit. Furatus est (inquit) Lingua au-

rea.

## ORIGENIS

Non puto illo furto parui auri tantam vim suisse peccati, ut tam in numero san domini ecclesiam macularet. Sed videamus forte interioris intelligentiae sit tanta, & tam grauis acerbitas ista peccati. Multus decor est in verbis, & multa in philosophorum vel rhetorum sermonibus pulchritudo, qui omnes de ciuitate sunt Hiericho, id est, huius mundi homines. Si ergo inuenias apud philosophos peruersa dogmata luculentis sermonis assertionibus decorata, ista est lingua aurea. Sed videoas ne te decipiatur fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurici pulchritudo. Memeto, quia I E S V S anathema iussit esse omne aurum, quod in Hiericho fuerit inuenit. Si poëtam legeris modularis versibus & præfulgido carmine Deos Deasque tecipem, ne deleteris eloquentiae suauitatem. Lingua aurea est: si eam susciperis, & posueris in tabernaculo tuo, si introduceris in cor tuum ea quæ ab illis affluntur, pollues omnem ecclesiam domini. Hoc fecit infelix Valentinus & Basiliades, hoc fecit & Martion heretici: furati sunt isti lingugas aureas de Hiericho, & philosophorum non rectas nobis in ecclesiis introducere conatis sunt sectas: & polluere omnem ecclesiam domini. Sed nos præcedens primum sequamur ex exemplu, discutiamus diligenter, ne quis absconditam in tabernaculo suo habeat Hiericontiam lingua.

Hierichos.  
Peruerfa  
dogmata.

Poëta.

Valentinus  
Basilides.  
Martion.  
Secta.

Hierecon-  
tia lingua.  
guam, & abiiciamus malum ex nobis ipsis, quia etiam si nos cessamus, arguet Deus ita ut ipse sponore confiteatur & dicat: Furatus sum linguan auream.

## HOMILIA XI.

Ait enim, quia est quædam arbor quæ vlmus appellatur, quæ fructum non afferit, portat tamen vitem, quæ afferit plurimum fructum, & ex eo quod adminiculo est viti, quæ eius viribus nitens vel afferre vel seruare potest plurimum fructum, etiam vlmus, quæ infrafructuosa est, necessaria videtur & utilis, ex hoc ipso quod frugiferæ deseruit viti: Tale aliquid intellige etiam in Gabaonitis, qui non depo- fuerunt quidem veterem hominem cum actibus suis, ministrant tamen sanctas & seruient, & aliquid utilitatis impen- dunt, & tali quodam ordine ab I E S V salutem cum iuramēti interpositione suscipiunt.

## HOMILIA XIII.

Gabaoni-  
tae.

## SIMILIA.

161

Neque enim aliquid amarus potest esse peccato, etiam si Nihil pœ- dulcia quedam videatur in primis sicut Salomon scribit: Sed cato ama- in nouissimis (inquit) amarus felle inuenies, quod dulce in ius. Initij videbatur, & acutius acie gladij. In initij vero natura contraria, in initij videtur amarior, in nouissimis vero melle dulcior inuenitur, cum virtus fructus attulerit.

## HOMILIA XIX.

Solent medici præbere interdum cibum aliquem, inter- dum etiam potum dare, verbi gratia ad discutiendam cali- ginem visus, nec tamen in edendo ipso cibo, vel in potando sentimus, quia vtile est & prodest oculis, sed cum transfe- rit visum cibi illius, aut poculi virtus, paulatim purga- t aspectum, & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille, vel potus profuit oculis. Sed & in alijs similiter cor- poris partibus eadem fieri solent. Hoc ergo modo creden- dum est etiam de scriptura sancta, quia utilis est, & animæ prodest, etiam si sensus noster ad præfens intelligentiam non capit, quoniam (vt diximus) & bonæ virtutes quæ nobis adiunt, reficiunt in ijs sermonibus, & pacun- tur, & contrarie torpescunt ijs meditationibus & effugan- tur.

## IN IOSVR HOMILIA I.

Cibi sunt opera bona, quæ nos ad futuram vitam velut fidele viaticum comitantur.

## IN LIBRVM IUDICVM HOMILIA V.

Vinum sanos & commode degentes iuvat, & (sicut scri- ptura dicit) cor homini duntaxat latifidat. Febricitantibus Febricitau- vero si sumperint, perniciem continuo & interitum parit: tcs. Ita sit ut eadem res eodem modo sumpta, vni quidem vitam, alij autem conferat mortem.

## IN LIBRVM REGVM Homilia vnica.

Vt luna cum videatur vna esse, per substantia immuta- Luna. tionem tamen semper à semetipsa alia est, semperq; diuersa: Et sic etiam in ipsa confitat, quod vna multæ sint. Sic ergo & nos qui adhuc insipientes sumus & imperfeci, quia semper mutamus sententias, & semper diuersa cupimus & sentimus, vnu non possumus dici.

## IN LIBRVM IOB lib.I.

X

## ORIGENIS

SOL.

Sicut enim sol nisi vibraverit super faciem terrae, nullus ex fructibus eius crescet, neque adolescit, neque maturat. Sic similiter nisi per fidem veritas resulserit in animabus hominum, anquam rursum acceptabiles coram Deo.

Sicut enim nihil est delectabile hominibus sine luce. Sic similiter nihil est delectabile neque acceptum Deo, absque fidei lumine.

LUX.

Sicut cœli luminaria ac sydera in firmamento cœli à Deo collocata, cunctis indesinenter quæ sub cœlo sunt fulgent atque omnia que super terram sunt per tempora ac tempora per generationes & generationes, mirabiliter relucent, alia quidem per noctem, ut luna & stellæ, aliæ nihilominus per diem, ut solis speciosissimi radij: Sic & sanctorum virtutis insignia, atque beatissimi eorum agones omnibus in perpetuò singulariter fulgent, cunctis in æternum bonorum formam tribuit omnibus sub sole piatis exemplum ostendunt. Quid autem syderibus atque luminaribus comparetur omnes sancti, demonstrat apostolus dicens: Sæculla differunt a sanctis in dilectione: sic erit & resurrectio mortuorum procul dubio sanctorum. Sed & angelus ad Daniel: m: Tunc iusti effulgebunt ut lumen via cœli, & tanquam sol & luna, & tanquam stellæ in secula. Sic itaque effulgenter atque emicant omnes sancti non solum in tempore restorationis, sed & nunc in temporis huius presentis saeculi. Alius fide fulget, ut Abraham: alius castitate, ut Ios. ph: Alius nihilominus mansuetudine, ut homo deus in Moysi: Item vero alius constantia atque tolerans vicia metuum dolorum, ut admirabilis Iob.

SOLIS RADII

CORIUM PRO  
CORIO.

Nâcū percutitur q̄libet vel cæditur vehementer, manus protuto porrigit corpore, & protegit caput & dorsum manu, et videatur illi ut in manu magis percutiatur quam in dorso vel capite, & dat corium pro corio, corium manus pro corio capitis. Hæc itaque vniuersi designatio nequissimus, collide dicit de iob. Corium procorio. Nam sicut hi qui vapulant, corio manus alterum corporis protegunt corium, ob

## SIMILIA.

162

Hæc tantum ut corpus integrum habeant: Sic (inquit) & Job exteriora rei familiaris detimenta contemnit vniuersita, tandem ut corporis effugiat poenam. Sic namque & hi qui in mari nauigant, cum periculum passi fuerint, omnia que in naui habuerint contemnunt, atque in mare projiciunt, ob hoc, ut ipsi evadant: Sic & quicunque divitum cum in corporis infirmitate incedunt, omnem substantiam suam libenter offerunt: tantum ut corporis incolumentem recipient: Sic (inquit) & Job omnes divitias & omnem rem familiarem facile contemnit, tantum ut dolores non contingant carnes eius.

## IN LIBRVM IOB LIBRO. III.

Locutus est tanquam quilibet in dolore positus, querens remedium, tanquam quis in dolore dentium, aut oculorum, aut aurum frequenter partus vngulis exarat, frequenter etiam semetipsum vngulis exulcerat pro nimietate doloris quem sustinet, coraxis ossibus & palpbris atque auribus. Sic & baculus Job cum perforaret ossa eius & liqueficerent carnes eius, locutus est, maledicens diem qui non erat.

## CHOMILIA II. IN PSALM. XXXVII.

Si in corpore tuo macula aliqua vel vulnus oriatur, aut Macula ex collisione aliqua intumeat, follicitus es & perquiris, quid Vulnus curæ debet adhiberi, quomodo corpori sanitas antiqua redit. Sanitas datur. Si circa oculos se aliquis acerb⁹ humor offuderit, follicitus es & perquiris quomodo succurras, & præuenias cæcitas, tem. Cum anima tua ægrotet & peccatorum languoribus vigeatur securus es, contemnis gehennam, atque ignis æterni supplicia despicias & irrides. Iudicium Dei parviperdis, & communement te ecclesiam despicias. Communicare non times corpus Christi, accedes ad Eucharistiæ, quasi mundus & pérus, quasi nihil sit in te indignum, & in his omnib⁹ putas quod effugias iudicium Dei. Non recordaris illud quod scriptum, euia propterea in vobis infirmi & ægri, & dormiunt multi. Quare multi infirmi: Quoniam non scipios dijudicant neque scipios examinant, nec intelligunt quid est communicare ecclesia, vel quid est accedere ad tantam & tam eximia sacramenta, patiuntur hoc quod febrici-

Xii

## ORIGENIS

**Febricah-** tantes pati solent, cum sanorum cibis præsumunt fibimeti-  
tes. ipfis inferentes exitium.

### Manna.

Sicut in deserto sex diebus colligebant manna, in sexta autem die non vnius diei modum, sed quantum sufficeret in crastinū, colligebant, & vnuusquisque edebat in die sabbati quæ collegabant in die sexta: Ita etiam nunc velut sexta quedam dies putanda est domini nostri IESV C H R I S T I aduentus, & tempus hoc dispensationis eius, quam passione sua hoc seculo procurauit. Et idcirco dum in die sexta sumus, colligamus manna duplicitate, vt sufficere nobis possit dum aduenierit vera sabbati obseruatio populi Dei. Si autem non collegerimus duplices cibos qui nobis & in presenti & in futuro seculo sufficient, in duobus futuris non saturabimur.

### HOMILIA III. IN PSALM. XXXVI.

Sicut enim in agone fieri solet, ut duobus inter se luctantibus accidat primo quidem cadere unum, & cum ceciderit surgat, & vincat: Ita etiam in nostro agone qui est nobis aduersum principem huius mundi, si forte acciderit aliquem de nobis vinci, & in aliquo peccato cadere, possibile est ut post peccatum resipiscat aliquis, & exurgat & perhorrebeat malum quod admisit, & de cetero non solum contineat se, verum etiam satifaciat Deo: lauans per singulas noctes lectu suu, & lachrymis rigas strati suum, acpiens verbum prophetice authoritatis, qua dicitur: Nūquid qui cadit, non adiicit ut resurgat, aut qui auersus est non conuertetur?

### HOMILIA I. IN PSALM. XXXVII

Sicut corpori medicamenta Deus præparauit ex herbis arte disciplinaque compositis: Ita etiam anima medicamenta præparauit in his sermonibus quos per diuinas scripturas seminavit atque dispersit, ut hi quia aliqua ægritudine fuerit oppressi, statim ut vim morbi senescat, atque alicuius vulneris stimulum doloremque prospexerint, requirat aptam & convenientem sibi rationabilem disciplinam, qua eis ex praepensis Dei possit mederi. huius medicinae archiatros est C H R I S T U S, discipuli sunt medici.

### HOMILIA II. IN PSALM XXXVII.

### Resipicētia

### Corporis medicamenta.

## SIMILIA.

<sup>163</sup> Vomitus.

Sicut ij qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris vel phlegmatis stomacho grauiter & molestè iminetia, si vomuerint relevat: Ita etiā hi qui peccauerūt, siquidē occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus vrgentur, & propemodum suffocantur à phlegmate, vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semet ipsum & confitetur, simul cuomit & delictum, atque omnem morbi digerit cauam.

### HOMILIA V. IN PSALM. XXX VI.

Si ergo quum ceciderit iustus non prosternitur, non permanebit in peccato, sed exiliet tanquam damula ex rebus, & tanquam avis de laqueo.

Damula  
Avis.

### HOMILIA V.

Si nauiges & i naui positus vides terras ac promontoria Vrbes ter- & montes transuentia, non quod illa continuo mouean- rae; rece- tur, sed quia ut vento prospere flante transis illa, se subdu- dunt. Cetera videntur ac ferri: Ita & in hoc seculo, sancto spiritu me tem tuam perflante & spirante, secundo ac prospero nauiges cursu, pertransibis sensu tuo omnia hac quæ videntur, quia temporalia sunt, & intucri illa quæ æterna sunt, sine dubio dices, quia haec omnia quæ videntur, iam non sunt, quia nec futura sunt.

### IN HIEREMIAM HOMILIA II.

Acce dit alius medicorum ad languentem, quantum Medicoru ars patitur & industria, medicamina non cessant: sed si aut ægritudo tanta sit, ut repugnet curationi, aut ipse inualidus ars & indu per impatientiam doloris contra faciat, quam iubetur, relinquit medicus, desperat huiusmodi hominem, & recedit, ne inter manus suas expirans, causam interitus ei⁹ ad se retrorqueat: Sic ergo & nos, ne in sanctorum angelorum manibus quijad nos curandos à domino destinati sunt, moriamur, reliquunt nos, desperantes animam nostram, & aiunt: Nō est malagma imponere neque oleum, neque alligaturas, quia appro pinquant in coelum indicium ciuius.

### HOMILIA VI.

Saluator noster splendor est gloriae, splendor autem nō Splendor semel nascitur, & deinceps definit nasci. Quotiescumq; oītū gloriae, fuerit lumen ex quo splendor oritur, toties oritur splendor gloriae.

X iiij

## ORIGENIS

Saluator noster sapientia est Dei . Sapientia vero splendor est lucis eternae. Sic igitur Saluator noster semper nascitur. Et ideo dicit: Ante omnes colles generat me: Non ( vt quidam male legunt) generavit. Si semper ex patre nascitur dominus etiam tu in similitudine in eius tantum adoptionis spiritum habens, semper generaris a Deo per singulos intellectus, per singula opera, & efficeris filius Dei in Christo Iesu.

### CHOMILIA IX. in Hieremiam.

**Medicus.** Accipiam medicum, ostendens eum uno membro non parceret, ut membrum omnibus parcat. Accipia ergo exemplum iudicis boni, pro utilitate communis, quibusdam non miserentis, ut perspicere possimus, quomodo mulier patiens, vni non parcat deus, verbi gratia dictum sic: Habeat index propositum, quietem ciuitati & pacem genti, cui praeſidet praeuidere: hunc si offeratur latro honesta forma, atate fatus integer, ex alio latere mater expansis crinibus, deprecetur, ut senectus sua misericordia: ex alio vxor, ne virum sumministrificat, lachrymabili voce deploret, circumstet & per auxiliū bericio orbifatur. Quid hic faciet index? misericordia latronis an non? Quid in commune expedit ciuitati? Si misericordia fuerit, reveratur homicida ad pristinum scelus, si vero in iudicioria seueritate permanescit, vni homo interibit, & vniuerso populo prouidebitur. Sic deus si peccerit peccatori, & miserans eius voluerit eum proiecere pro scelere, quis non accipiat licentiam? Quis malorum qui nunc saltet propter supplicia terrentur, non inuidet tempus, ut expletat quemque volu erit, & præcepseratur in vita?

**Comunio.** Hec in ecclesia sepe accidentia possumus considerare: pecunia quippe, & post peccatum postulat communione. Si ei corceditur quod rogat, in inconmodum omnium venia procedit, & laxitas frenis sceleribus paditur via. Sin vero cum rationabili de liberatio, non ut misericors, nec rursus ut crudelis index, sed & quasi vni prouidus & de omnium salute pertractas consideraverit populi danum in vniuersa venia, haud dubium est quin faciet ejus in de Ecclesia, ut multos saluet columnes. Age nunc considera mihi & medici, si cessauerit a se deinde eius vulneris, quod secatum est, si non viscerit id quod indiger cauterio, vide licet propter dolores qui ex talibus remedij consequuntur,

### Cauterio

## SIMILIA.

764

quomodo crescat infirmitas, & in deteriorius vetus humor exuberet. Siverò (vt ita dicā) ceterarius ad vulnus se dator accelerat, & inuaserit plaga, curat eum qui secatur & vritur, quia paululum seueritas astupat, licet iulus fuerit agrotanti ad horam non miserabilis: Ita & deus non vnu hominem, sed vniuersum curat orbem, cœlestia atque terrae, & emnia ubique dispensare, & cum hoc prouideat quod vniuersum modum sit, multo magis prouidet quid toti mundo conductat, & hominibus vniuersis. Prout & quidem & ea que vniuersi expediant: verum ita, ne vniuersus vultus omnium dimino sit.

### CHOMILIA IN EZECH. III.

**Medicus.** Ad medicum decem vadunt, decem habentes species infirmitatis. Non omnes eodem modo curat, sed aliud illorum, & aliud illo, utputa sanata emplastro, aliud tribuit medicamentum, nonnullis quod cauterium nuncupatur, imponebat, aliud amara, aliud dulci temperat potionem, cuiusdem vero vulnera craf-iore vnguine delinit: Sic & sermo dei pro qualitatibus hominum loquitur, nec passim sapientiae suæ ingerit sacramenta.

### CHOMILIA VIII.

**Margarite.** Quidam multe sunt margarite, quas necesse est posse. Margarite fidere eum, qui venturus est ad unam preciosissimam magaritarum: Sic oportet ingredi multas vias Moysi & Prophetarum omnium eum, qui venturus est ad dicentes: Ego sum via.

### CHOMILIA VII.

**Aucupes.** Quidam quasdam illecebrosas cicarum aucupes propter Aucupes. ponunt, ut facilius aues capiant per oblique clamentum gulae: Sic ( ut audacius dicam ) tamen quædem castitas diaboli ( id est ) decipula humanae animæ, ut per istius fraudem castitatem & manuæ suæ similitudinem, & iustitiam possit facilius capere, & falsis sermonibus irretire.

### CHOMILIA IX.

**Lumen.** Quidam lumen lucernæ ad solis radios obscuratur, & velut alia quædam cæca materies contenta bruscit: Sic licet fulget iustorum omnium lumen ante homines, non tamen fulget ante **CHRISTUM**. Luceat quippe lumen vestrum, dictum est non simpliciter, sed ante homines. Ante Christum non potest. Lumen iustorum ut splendor lunæ, & magnitudo cœli considera, priusquam sol oriatur, in stationibus suis resplendet.

Xijij

## ORIGENIS

orto verò sole absconduntur: Sic lumen Ecclesiae vel lumen lunæ, priusquam oriatur lumen illud verum folis iustitiae, resplendet, & clarum est ante homines, cum autem CHRISTUS venerit, ante eum contenebrescit.

### HOMILIA X.

Vulnus.  
Medela.

Quomodo vulnera quæ in corpore sunt, sæpe paruo tempore accidunt, medela verò vulnerum cum tormentis adhuciduntur ingentibus, non iuxta æqualitatem temporis quo illate sunt, sed iuxta rationem curationis. Verbi gratia in puncto horæ fractura manus, & pedis contritio accidit, hoc quod in modico factum est, mensibus verò tribus ac longo tempore vix curatur: Sic & voluptas, quæ neruos animi succedit, & luxuria, & semel vniuersa peccata, cum in paruo tempore infelicem animam illexerint, magnum postea tempus in supplicijs & cruciatibus promerentur.

### CIDEALICVBI.

Caro.

Sicut caro si fale non aspergitur, corruptitur: Ita anima si tentatione non salitur, continuo resoluitur.

### HOMILIA super Euang. Quidam esset desponsata mater IESV.

Rubus.  
Tres pueri.

Sicut quondam rubus comburi videbatur, & ignis eum non tangebat: Et sicut tres pueri in camino inclusi habebantur, & tamē eos nō lædebat ignis incendio, nec ardor fumi erat in eis: vel sicut fuit in Daniele intra lacum leonum inclusus, claustris non apertis allatum est prandium ab Abacuc: Ita hæc virgo genuit dominum, sed intacta permanxit, mater effecta est, sed virginitatem non amisit.

Vter Maria.

Sicut in MARIAE virginis utero nemo ante CHRISTVM, nemo post illum conceptus est: Ita in monumero CHRISTI nemo ante illum, nemo quoque post illum sepultus est.

### HOMILIA in Matth. III.

Vita panis  
vittus.

Sicut ergo vita est viuis panis, qui de celo descendit, & vitam dedit huic mundo: Sic & inimica eius mors, panis mortuus. Omnis autem rationabilis anima, aut viuo pane nutritur, aut mortuo, per ea quæ suscipit opera vel dogmata bona vel mala. Et quæadmodum est in communi pane, vt quis aliquando quidem gustet eum tantum, aliquando & amplius eum manducet: Sic & in istis panibus, quidam quidem mo-

## SIMILIA.

165

dicum manducant, tantum gustantes: quidam autem & abdantius ex eis manducant: boni quidem de viuo pane qui de celo descendit, mali autem ex mortuo pane qui est mors. Et forsitan qui & raro & modicum peccant, tamenmodo gustat mortem: Qui autem perfectius suscepint spiritale virtutem, neq; gustant eam, sed viuo pane semper vescuntur.

### CIN. I. CAP. IOAN. homil.

Non enim aliter potuit ascendere in D E V M nisi prius Radius oculorum sensibilium, coloresque non prius potest sentire quam se solaribus radijs immiscat, unumque cum ipsis & in ipsis sit. Ita animus sanctorum puram rerum spiritualium, omnemque intellectum superantium cognitionem non sufficit accipere, nisi prius incomprehensibilem veritatis participationem dignus efficiatur habere.

Sicut ergo aëris per semetipsum non lucet, sed tenebrarum vocabulo nuncupatur: capax tamen solaris luminis est ista natura nostra, dum per seipsum consideratur: quedam Natura, verò tenebrosa substantia capax ac particeps lucis sapientiae. Et quemadmodum præfatus aëris dum solares radios participat, non dicitur per se lucere, sed solis splendor dicitur in coappare: ita vt naturalem suam obscuritatem non perdat & lucem superuenientem in se recipiat: Ita rationabilis nostra naturæ pars, dum præsentiam D E I verbi possideret, non per se res intelligibiles & Deum suum, sed per insitum sibi diuinum lumen cognoscit.

### CIN. MATH. cap. XIII.

Quemadmodum in imaginibus ac statuis, similitudines non omni ex parte respondentij ad quæ cōfertuntur, sed in plano quidem ligno, vt exempli causa loquamur, cera depicta imago, superficie tantum cum colore similitudinem habet, verum non seruat depressiones atq; eminentias, sed harum rerum significaciones tantum. In fingendis vero statuis, similitudinem quæ est secundum eminentiam ac de pressionem, seruare conatur ars, in colore vero nequaquam. Quod si cerea fiat effigies, conatur quidem utrunque seruare similitudinem, nimurum & iuxta colorem, & iuxta depressiones ac prominentias, ceterum in profunditate non est ima-

Imagines.  
Statuae.

## ORIGENIS

**S**imilitudo: Similiter mihi cogita de similitudinibus quae sunt in Evangelio regnum cœlorum dum simile dicitur ei cuiusdam, simile dici non secundum omnia quae ad sunt illi, ad quod contatur similitudo, sed ad quædam duntaxat, quæ conducunt ad assumptam rationem.

### IN CAP. XIII.

**S**criba doctus.  
**N**ova & vetera.

Quoniam autem omnis scriba doctus in regno Dei similis est patris familiâs, qui perfert deo thesauro noua & vetera, haud dubium quin & iuxta præcisis dicti inversionem, quisquis non profert deo thesauro suo noua & vetera, non sit scriba doctus in regno cœlorum. Omnibus igitur modis conandum ut congregemus in corde nostro, attendentes lectiōnē, exhortationē, & doctrinā, & in lege Dei meditādō die ac nocte, non solum noua Euangeliorum orationē & Apostolorū, & horum explanationes, verum etiam vetera legis, ymbram habentes futurorum bonorum, ac Prophetarum qui his conscientia predixerunt. Hac autem colligentur, quum & legimus & intellexerimus, & memores horum spirituallia spiritualibus tempestiū comparauerimus, nō incomparabilia inter se comparantes, sed comparabilia quandam sermonis similitudinem idem declarans habentia, tum in sensibus, ut in dogmatibus, ut in ore duorum trūmū aut plurimū testiū ē scriptura citatorum, fundemus & confirmemus omne verbum Dei. Ac per hos silentium imponendum est his, q'quod in ipsis est, dictatem diuidunt, & à veteribus noua difficant, quippe qui procul absunt à similitudine patris familiâs presentis de thesauris suis noua ac vetera.

### IN MATTH. CAP. IDEM.

**M**agnes. Quemadmodum in corporibus naturalis quidā attrahens quibusdam ad quædam incit, veluti magneti lapidi ad ferrum, & bituminī, quod dicitur naphtha, ad ignem: sic huiusmodi fidet ad diuinam virtutem. Iuxta quod & illud dictum est: Si habueritis fidem vt granum sinapis, dicetis moti huic, transfer te hinc illuc, & transferet se.

**N**aphtha.

**M**argariæ. Proinde vide ne qui non habet margaritas, aut qui non habet preciosum illud margaritum, nec discipulus sit servatoris. At margaritas inquam bonas, non nubilas, nō for-

## SIMILIA.

166

didas acturbidas, quales sunt sermones ab Ecclesiæ decretis dissentientium, quæ nascentur non ad orientem, sed ad occidentem ac Boream, si tamen & has oportet adiungere, ob eam quam inuenimus differentiam margaritarum diversis in locis nascentium. Fortassis autem turbidi sermones, & in operibus carnis volutate harces, nubiles sunt & in limo palustris nascentes margaritæ, in boneæ.

Quemadmodum enim eū qui futurus sit sapiens, in sermonibus veritatis prius oportet elemētis institutum esse, & hinc ad maiorem pergere institutionem, magni, facere elementariam institutionem, non tamen in hac oportebit permanere, veluti qui iam eam in pretio habuerit initio, sed progressum ad perfectionem habere gratiam, haecenius utlitter Elementa factæ institutioni: Si ad plenum intellecta quæ sunt legis, ac Prophetarum, institutio quedam elementaris est ad intelligentium Euangeliū, atque omnem sensum de CHRI-STI RES factis accedit.

Quemadmodum in rebus corporalibus, nec agricultatio per se sufficit ad conuehendos fructus, nisi celum quod terræ circūfunditur, opituletur, inquit potius nisi opituletur is quicelum gubernari, faciens id qualemque, vult, neq; celū vel potius ille penes quem est rerum prouidencia fecerit, vt exoriantur ē terra ea quæ solent exoriri, sine agricultura. Semel enim hoc fecit in hoc quod dixit, Productæ terra herbæ operationes graminis, seminans semen iuxta genus ac similitudinem: Sic nes. neq; virtutum operationes absque fide illorum, rui sanctorum, perfectum opus praestet ad sanitatem conferendam, neq; fides qualiscunq; fuerit absq; diuina virtute.

### IN MATTH. CAP. 14.

Quod si videre vis quales sint animi morbi cogita mihi. Animis auaros, gloriæ cupidos, & puerorum amatores, & si quis est morbi mulieribus deditus. Nam & hos in turbis visos, eosq; miserratus sanavit. Non tamen putandum est quodvis peccatum esse morbum, sed id quod in tota computruit anima. Tales enim videre est pecuniarum amatores, totos incumbentes argento, & in huius tum custodiā, tum coaceruationem, audios laudum, gloriolis inhiantes. Inhiant enim captiās à vulgo vilibusq; hominum laudibus. Ac iuxta consimilem rationem

cogitabis de reliquis morbis quos nominauimus, & si quis aliis est horum consimilis. Quoniam igitur inter enarrandum quod dictum est: Sanavit egrotos eorum, diximus non quod uis peccatum esse morbum, opera pretium est e scripturis de horum differentia differere. Ait sancte Apostolus Corinthiis, qui varijs peccatis laborabant, scribens, propterea inter vos infirmi multi, & valentinarij, & dormiunt multi. Audi siquidem Apostolum in his etiam vinculum necesterem, contextumque facientem ex diuersis peccatis, iuxta quod alij quidem sunt infirmi, alij vero agroti, videnter plus quam infirmi, rursus alij utrisque peius habentes, qui dormiunt. Nam qui propter imbecilles animi vires, proclives sunt ad labendum in quoduis peccatum, etiam si non toto animo fuerint obnoxij alicui peccato peculiari, quemadmodum sunt egroti, tamen infirmi sunt. Porro qui pro Deo quem diligere debent, tota anima, toto corde, tota mente, diligunt pecuniam, aut gloriam, aut mulieres, aut pueros, hi peius affecti sunt quam infirmi, suntque agroti. Dormiunt autem qui quum debent attendere & aduigilare animae suae, non faciunt id, sed ex nimia negligencia dormitant voluntate, & somniculosi sunt cogitationibus, qui quidem somniantes, carnem quidem polluant, autoritatem vero spernunt, glorijs autem maledicunt. Non enim possunt qui adhuc agrotat, capere panes benedictionis Iesu verum etiam si quum aliquis audire debuerit illud: Prohet autem vtriusque scriptum, & sic comedat ex illo pane, reliqua que sequuntur, haec non audierit, sed temere sumperit panem domini, & poculum eius, infirmus fit aut agrotus, aut etiam (ut ita loquar) ex grauedine que nascitur ex huius panis vi, dormiens.

## CIN C A P . X V .

**C**uemadmodum enim Iudei peccantis circuncisio pro praeputio habebitur, contra gentilis recte agentis praeputio pro circuncisione: Sic & quae pura creduntur, pro impuris imputabuntur ei, qui non vt oportet, neque quantum oportet, neque unde oportet, illis erit, sed quae dicuntur immunda, omnia sunt mundis mundis.

**C**uemadmodum enim venter quum non sit Deus, tamen voluptatibus deditorum, qui pluris faciunt voluptatem,

quam amore dei, a Paulo dicitur deus. Sic & qui non est deus princeps huius seculi, de quo dicit seruator: Princeps mundi huius iudicatus est, deus esse dicitur corum, qui reculant accipere spiritum adoptionis filiorum dei, vt fierent filii seculi illius, ac resurrectionis ex mortuis, & propter hoc perseuerant in conditione filiorum seculi huius.

Dix erit autem quispam in hunc incidens locum, quod Ingrediens sicut quod ingreditur in os, non polluit hominem, etiam si prius in ostetur a Iudei pollutum, ita quod ingreditur in os, non sanctificat hominem, etiam si a simplicioribus creditur sanctificare, nimis etsi, qui vocatur panis domini, & est (ni fallor) Panis doctio non contemenda, eo que desiderans dilucidam expostitionem, qua mihi quidem talis esse videtur.

**Q**uemadmodum non cibus, sed conscientia cum hæsita conscientie velcentis polluit edentem, eo quod qui hæsitat, si vesca cu hæsita- tur, iudicatus est, quia non ex fide. Et quemadmodum nihil tunc velce est impurum per se polluto & incredulo, sed propter ipsius tis polluit immunditem & incredulitatem: Ita quod sanctificatur per edentem, verbum Dei, & per obsecrationem, non luapte natura sanctificat vtenter. Nam si id esset, sanctificaret etiam illum, qui committit indignè dominō, neque quisquam ob hunc cibum infirmus aut agrotus fuisset, aut obdormisset. Nam tale quidam Paulus demonstrat quum ait: Propter hoc inter vos infirmi, & male habentes, & dormiunt multi. Proinde etiam in pane diutium utilitas est velcenti, quum impolluta mente puraque conscientia, particeps est panis illius. Sic quod ad esum per se attinet, nec ex hoc quia non edimus de pane verbo Dei, & per obsecrationem sanctificato, fraudamus aliquo bono, nec ex edendo abudamus aliquo bono. Si quidem causa defecus, est malitia peccataque: & abundantia caussa est iniustia ac recte facta, vt tale sit quod dicitur apud Paulum his verbis: Ne que si comedemus, abundamus, neque si non comedemus minus habebimus. Q uod si quicquid ingreditur in os, in vel- tremabit, & in fecessum ejicitur, & ille cibus qui sanctificatur per verbum Dei, perque obsecrationem, iuxta id quod habet materiale, in ventreabit, & in fecessum ejicitur: certeum iuxta prectionem que illi accessit, pro portione fidei fit vtilis, officios ut perspicax fiat animus, sp: etans ad id quod vti-

## ORIGENIS

Ie est. Nec materia panis, sed super illum dictus sermo est qui prod. si non indignus domino comedenti illum.

### IN MATTHAEI CAP. XVI.

Verum enim uero & illud scire oportet, quod sicut ciuitatum porta proprium quæque nomen habet: eodem modo porta inferorum nominari possunt iuxta speciem peccatorum: ut una quidem inferorum porta vocetur scoratio, per quam ambulant scortatores; altera vero negatio, per quam qui Deum abnegant, descendunt ad inferos.

### IN CAP. ID M.

Ego vero sum in hac opinione, quod sicut qui adulterium committit in solo corde, nondum omnino progressus ad opus: ita si quis fecerit in corde cætera, quæ prohibita sunt, verbi causa si quis corde tantum sit furatus, aut corde tantum falso testimonium dixerit, non ut ille qui facto furatus est, aut falso testimonio in re perpetrat, sed tamen ut qui corde solo talia fecerit, puniatur, idque si per ipsum fecerit, quod minus peruenient ad primum facinus. Quod si preterquam quod volunt, progressus quidem est, sed non successit, puniatur ut qui non solum corde, verum etiam opere peccaverit. Super hanc queret aliquis, an adulterium committat aliquid solo corde, etiam si factum adulterii non peregrinatur, sed in solo corde fuerit impudicus. Simili modo facies de cæteris laudabilibus. Habet autem hic locus quo probabilitate falli possimus, quod hac opinor ratione tollendum est. Adulterium quidem in corde peractum, minus est peccatum, quam si quis adiungat etiam factum. Non potest autem fieri ut pudicitia sit in corde quæ obster impudico factio, nisi quis hic quoque in exemplo summat virginem, iuxta quod lex dicit, in solitudine violatam, Fingamus enim cor alius esse purissimum, ceterum violentiam peregrisse corruptionem corporis pudice, in eo quod lascivium est. Hec sine mihi videtur prorsus esse casta in occulto quidem, corpore vero non esse pura, quemadmodum erat ante vim illatam. At uen quia non pura, statim impudica.

### IN HOMILIA SUPER ILLUD MARTH.

Angelus domini, &c.

**Canis faxū** Sicut canis infans faxo percussus, dum percutientem se ebmordet, qui non praualet, ad ipsum furor cœpertitur lapidem quem

## SIMILIA.

168

pedibus dentibusque dissipare perquirit: Non aliter Herodes sua precipitatis iracundia, solitoque infante suamentis furore infantium caede versatus & concitatus est.

### IN EPIST. AD ROMA LIB. III.

Velut si quis fundamenta faciat demus, & unum aut Domum fiduos parcer extruat, aliquid etiam materiam conuehat, ciens, nunquid dicetur fecisse domum, quamvis operatus videatur in domo? Sed ille dicitur domum fecisse qui totius est lucifaci ad perfectum singula que que membra produxit. Ita arbitror & hic Apostolum dicere neminem fecisse bonitatem, hoc est, à nullo eam ad perfectum & ad int. gram consummatam. Si autem requiramus qui sit vere bonus & qui perfectam fecerit bonitatem, illum inueniemus: scilicet qui dicit: Ego sum pastor bonus. Et iterum: Pastor bonus animam suā ponit pro oib⁹ suis.

### IN EPISTOLAM ad ROMA LIB. VI.

Quod ut evidenter fiat, utnam etiam similitudine exē. Volens filii, verbi gratia, vult quis sapiens fieri, nec tamen statim ut si sapiens voluit, sapiens effectus est, sed voluntas quidem praecedit, nec sine voluntate aliquis sapiens fieri potest: sed tamen cum voluntas fieri, adhibendus est labor, studium, solicitude, vigilie, doctrina, institutio, & vix aliquando vsu longo, & meditatione continua sapiens efficitur. Ille ergo ab initio quidem statim voluntatem habuit ut esset sapiens: sed non statim affuit ei opus sapientiae: sed in eo ipso eruditur ut sapiens fiat: quod ante stultus & contra sapientiam gestus, quæ tam in intellegere quidem potuit, quam stulte gestus, habebat iam studium sapientiae, non tamen ita iam sapiens erat, ut cauere posset ne quid, insipiente admitteret. Ille ordo & de pudicitia habendus est, quoniam non statim ut voluerit quis pudicitiam proficeri, etiam opere implebit, ut nullis concupiscentiæ stimulis agitetur. Sic & de mansuetudine & de patientia, & de singulari quibusque virtutibus sciendum est.

### IN EPIST. AD ROMA LIB. X.

Ad illam autem summam scientiam, vel ad perfectionem que in cœlestibus est ordinibus, nullus potest inter homines perfectus dici vel esse: ut si dicamus in puerilibus studijs ad cœparationem illius qui nuper imbuitur, & prima literarum

## ORIGENIS

**Magister librarius.** suscipit elementa, magister ipse librarius appellatur perfectus, sed non est ita perfectus, vt ille qui grammaticam docet. Ipse verò grammaticus quamvis perfectus sit, superior tamen & perfectior est Rhetor. Et his omnibus longè eminentior philosophicè doctrinæ perfectio. Cumque in his omnibus sit literatura doctrina, diuersus tamē gradus perfectiōnis & magisterij in unoquoq; habetur. Ita ergo potest fieri vt cum Paulus dicit: Non quod iam aspergimus sim aut perfectus sim, ad illum apicē cœlestis perfectionis aspicens, hac videatur scribere: Cum verò dicit, quicquid; ergo perfecti sentiamus, ad humanae tantū perfectionis respicit gradū. Sic ergo & in præsenti loco intelligendi sunt vel pace vel gaudio, vel bonitate vel scietia replete, sive Romani, sive Corinthi, in quantum possibile est repleri eos qui docetur in Ecclesia, & sub perfectis doctoribus aguntur.

**Hostia.** Sicut ergo Pontifices cum offerabant, nec essariò eis erat prouidendum ne macula inesset hostiæ, ne vituperationis vitium, vt posset accepta Deo esse & grata Ite & qui Euangeliū sanctificat, & verbum Dei annunciat, curare omnimodè debet, ne qua in prædicando macula, ne quod in docendo vitium, ne qua in magisterio culpa nascatur: sed (vt ita dixerim) si fieri potest, semetipsum primò immolet, se primum vitius iugulet, & sua prius peccato membra mortificet, vt nō solùm doctrina, sed & vita exemplo discipulorum salutem oblationem suam acceptam faciat Deo.

## CIN CANTICA CANTICORVM HOMILIA IIII.

**Sampson. Trecentæ vulpes.** Nam de Sampson qui trecentas vultes cepisse & colligasse per caudas atque interiecerisse lampades ardentes in medio caudarum, atque immisisse per mesas allophylorum, & incendisse eas cum stipulis & oliuetis vincis quæ memoratur. Valde mihi difficultis formæ huius vel figure videtur explanatione. Tentemus tamen aliquæ ex his pulsare pro viribus, & ponamus sicut expositio nostra in superioribus coniret vultes esse fallaces peruersosq; doctores. Hos Sampson (qui veri & fidelis imaginem tenet doctoris) capiens verbo veritatis, caudam ad caudā colligat, id est, aduersantes sibi, & diuersa à se inuicem sentientes docentesque confuter, atque ex ipsorum ver-

## SIMILIA.

169

bis propositiones collectionesque accipiens, in allophylo rū legetem ignē conclusionis emittat, & ex ppris eorum argumentis oēs eorum fructū atque vincas & oliueta pessimæ generationis incendat. Sed & ipse numerus trecentarum vulpi um quæ à semetipsum diu eras & dissonantes erant, trīpliē formam indicat peccatorum. Omne enim peccatum aut in facto, aut in verbo, aut in cōsensu mētis admittitur. Verum ne illud quidem quod in secundo libro Esdre scriptum dixim⁹, penitus omitendum est. Vbi cum xđificarentur sancta sanctorum, id est, cum fidere c̄ H̄ R̄ Ī T̄ I & sanctorum eius mysteria cōderentur, inimici veritatis fideiique contrarij (qui sunt sapientes huius seculi) videntes absque arte Grammatica & peritia Philosophica, confusione muros Eu.ingelij, velut cum irrisione quadam dicunt, perfacile hoc posse destru caliditate sermonum per astutas, fallacias, & argumen ta Dialecticā.

## ¶ D. A THANASIVS DE PASSIONE DO.

Quemadmodū nos conspicentes ea quæ sunt sub oculis, videbendo non fallimur, nec aliter videmus quā sunt, sed quemadmodum fiunt ita videmus. Sic & Prophetæ futura tā Prophetæ quā pr̄ sentia videbant, & quā videbant, fieri erat necesse, namque quæ sic bāt, omnino videre oportebat. Et rursus quē admodum nos quæ videmus oculis, omnino necesse est vt fieri, siquidem ea quæ sunt videmus, nec potest aliter fieri quā vt videmus. Sic & Prophetæ quæ præuidebant oportebat omnino esse, nec aliter fieri poterant, quāt̄ quemadmodum præuerterant. Nam si futura non præuidissent, iam non fuissent Prophetæ.

Perinde ac si quis aduersarium suum videns trepidante, metuque fugientem, simularet imbecillitatē, quod illū prouocet, mox ille qui fugiebat, respiciens ad illius imbecillitatē, sumpta fiducia aggrediatur, deinde præclarus ille luctator qui imbecillitate provocat, propria virtute vinceret: Sic dominus humana infirmitate prouocans aduersarium, sua virtute corroborauit hominem aduersus hostem.

Quemadmodū etiam si quis serpentē apprehendat manū, dumque conatur in alterum projecere, prorsus ipse mor Serpens: dectus: aut si quis ignea manū tenens, dum vult hostē lode-

V.

## ATHANASII.

re, non intelligat quod ipse proslus exuritur. Sic malitia mislit aduersus eos qui ipsa videntur, magisque laedit eos à quibus habetur, quam eos in quos intendantur.

**Medicus.** Neque enim quis ex hoc medicus esse cognoscitur, si recte valeat ipse, nisi & alijs morbo laborantibus ostendat artem. Neque sol si radios in sece contrahat, cognoscetur esse lumen, nisi eos in orbem hunc proferat, eiusque tenebras

**Seruator.** sua luce discutiat: ita seruator non seruat semetipsum. Si quidem ipse quem esset seruator, non opus habebat salutem, sed ex eo quod exteris benefaceret, velut ab omnibus agnoscit seruator omnium.

**Q**uemadmodum enim infestū animalculū, cui nomē vespa, quā impedit petrā, non eā laedit incurrū, sed potius perdit aculeum: Sic & mors vehementer falsa est incurrēns vitam que est Christus Iesus. Non enī poruit eū tenere mors, sed ipsa portus aculū perdidit, adeo ut quod prius terribat aculeus, nūc insultet ac dicant: Vbi tuus mors aculeus? vbi tua contentio tartarē? Acturus deuorauit mors inuilesēs. Et iterum: Abstulit Deus omnem lachrymā ab oculis oīm.

Perinde quāsi si quis medicus ingressus ad egrotos, prisciscitur an velint curari, ne dū ipse curā suscepit, & illi nolint, inuicilis existat curatio, nimurū ijs qui laborant adū: illis arte medici pugnātibus: Sic & dominus eos qui sana bantur percontabatur, nec nisi fidentibus conferebat beneficium, ut per fidem & beneficium consenserit possent. Per fidem enim dignoscitur animi propositum.

Etenim si in paganorum iudicij regem terrestrem testem citare fas non est, vt potē maiorem & ijs qui ci tant & ijs qui iudicant: quum Deum increatum ad res creatas inuocamus, facientes ut Deus ab hominib⁹ conteneratur?

## DE VERBIS EVANGELICIS. Q VI- CVNQVE DIXERIT VERBUM

IN FILIVM. &c.

**Cibus cœlestis.** Q uod eī hominibus suffecisset corpus ad esum vt hoc totius mundi fieret alimentum, sed hac de causa meminit ascēsus in cœlum filii hominis, vt corporalē cogitationē ab eis auelleret, & posthac disserente, carnem de qua fuerat loquuntur, cibum ē superius cœlestem, & spiritualē alimoniam

## SIMILIA.

170

ab ipso dari. Quae enim dixi vobis, inquit, spiritus sunt & vita. Q uod idem valet ac si diceret: Q uod quidem ostenditur oculis ac datur, pro mundo dabitur alimonia, vt spiritaliter hæc in unoquoque distribuantur, sciatque omnib⁹ cōseruatorum ad resurrectionem æternæ vitæ.

## DE DECRETIS NICENAE SYNODI: contra Eusebium, epistola.

Non res quāpiam extrinsecus adiuēta est filii substātia, neq; ex nihilo iduēta est, sed ex patris substātia nata est, quemadmodū à luce splendor, quemadmodū ab aqua vapor. Neq; cū splendor, neq; vapor est ipsa aqua, aut ipse sol, neq; splendor, res aliena, sed deflux⁹ ex patris substātia, ita ut patris substantia nō possit sit partitionē. Nā quemadmodū sol idē manēs nō Sol. immutat radijs ab ipso effusis: ita nec substantia patris mutat sonē perpessa est, quā habeat suā ipsius imaginē filium.

## DE INCARNATIO. VERBI. lib. 2.

Si enim & sol ab ipso conditus, nobisque conspicuus, Sol, cursus sui lineam in celo tenens, cum terrestria tangit, nullas ordines equinatur, nullasque obtegitur tenebris, sed ipse potius omnia illustrat, & mūdat: mūlō sane dign⁹ sanctissimum illud Dei verbū, cuius est sol & opus, & famul⁹ in corpore præsens nulla tāgi poterat labē, sed cū esset incorruptibile, mortale vniūificabat corpus atque mūdatbat. Q uia pecatum (iniqui) non fecit, nec inuēnit est dolus in ore eius.

Q uocirā non sibi ipse deligit morte, sed aitiorū insidijs iniettam tulit, vt quā ipse intulerant necē, ipse aboleret. Atq; in morte Gnosij luſatoris, prudentiāq; & fortitudine præstā Luſatoris, qui nō sibi ipse comparēt eligit, ne formidare quempia existimet, sed id spēctantium permittit arbitrio, maximeq; si illi iniurici sint, v̄eo in humum eliso, quem illi aduersum se ad certamen elegerint, cunctis præstare credatur.

Et sicuti mens, cum in toto diffusa sit homine, ex parte a Mens. men corporis, id est, lingua signatur, neque tamen inde quo quis quā mensis substantiam dicit imminuit: Ita & verbū cum per omnia sit indignum, aut indecēs, minime videri debet si humano vti voluerit ad ſē ac patrem iudicandū instrumento. Nam ſi, vt iam diximus, indecēs est, corporis vti instrumento, indecēs erit ipsum & in toto eſſe.

Y ij

## ORIGENIS

**Oculis** Quemadmodum si quis intueris oculum lucem velit, oculum purgatus. Iunx purgat, clarioremque reddit se ipsum, ferme ad eum, quem cernere cupit similitudinem mundans, ut ita lux efficiat oculum, solis lucem queat intueri. Aut quemadmodum, si quis ciuitatem, aut regionem inspicere cupiat, pergit ad locum infra ciendi gratia: Ita & qui theologorum auctoribus intelligentiam cupit, abluere prius animam debet atque detergere, & per vitam mortuum; similitudinem ipsos adire sanctorum, ut voto atque instituto illis coniunctus, ea etiam quae illis Deus reuelauit, intelligat. Nam absque mundicia animi & vita sancti- tatis emula, possibile non est sanctorum dicta intelligere.

### DE VARIIS QVAFST. AD AN-

tiochum principem, quest. xxxiiii.

**Purgato- rium.** Num scientia aliqua beneficia etiam peccatorum anime ca- super illis sunt conuentus & peractiones bonorum operum? Respondeat: Si non aliquo beneficio participaret ex illo, non vix in cura & exequijs fieret commemoratio. At sicut virtus floret extrinsecus in agro, & odor em eius sentitur in vase vinum Vino reclusum, sicque ex florilegia etiam ipsum: Ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficentia, exagui im molatione & gratificatione pro ipsis facta, sicut solus ordinat & praecepit, qui viuorum & mortuorum potestatem gerit Deus noster.

### GREGORIUS NAZIANZENVS

#### DE THEOLOGIA. LIB. I.

**Morbosi oculi** Ut parum felicitate cesserit, si morbo sis oculis in solares radios intueri conceris: Ita impurus ipse, summa puritate non sine periculo attrectaris.

Quemadmodum inepte quidam de formibus literarum figuris elegantes aliquot appingerint, ceterosque permiscerentur: & nobis eodem modo princeps animi facultas, diuinæ contemplationis capax virtutis pariter & fallaci inanitum rerum indagatione confunditur.

**Vox inten- sior.** De quibus autem disputandum, & quatenus? De his soli ad quæ humani ingenii acies pertingerent potest, & quatenus conditio auditoris & facultas quieverit aequali: ne vt inten- sior vox auribus, aut alimentum immodicum corpori, vtque onera paulò grauiora subiectibus, terre denique crebriores

## SIMILIA

171

pluvie noctis: ita fane & auditores q̄stioib⁹ aliorib⁹, & qua-  
k solidioribus degradati deponuntur, damni aliquid accipiunt.

Mel

Siquidem & mellis satietas, vomitum mouet, quantumvis sit mel. Breuiter ut Salomonis, sic & mihi videtur, suum cuiusque negotio destinatum esse tempus. Et videamus quae per se bona sunt, si non bene quoque tractentur, boni gratiam amittere. Non aliter atque hybernis mensibus sunt intercep- stui flores. Nec mulieres virilis, nec viros mulieris orna- tur decuerit. Ut ne luctui conuenit musica, nec in potum lachrymæ.

Quemadmodum musice vulneribus, ita hi nostris insi- dent facis aduersis, aut si ita mauis, erratis.

### DE THEOLOGIA, LIB. II.

Vt vociferatum tenor obijus flatus impetu frangitur: sic & eterna mentis cogitatio externorum solicitationum iterpelletur.

Vt qui bellum fabricatam cytharam, eiusque cōcūnitatem cō- Fabrefa- positioneq; miratur, aut cōcentū audit, nihil aliud quā ipsi⁹ cōta cytha- cythara vel artificē, vel moderatōrē cytharēdum animo cōtra- cit, cōq; tota cogitatione cōuertitur, etiam si oculis fortas- sis ei non cernat: Ita & nobis seipsum pedit illud p̄ & facit cōmnia, & facta mouet atque cōseruat: cū interim quid illud tan- dem sit, mentis nostræ angustijs nequeat comprehendendi.

Vt enim quod labore partum est, sollicitius conseruari so- Labore let: ita facile pars, facilimè celī trime- ; respuuntur.

Quemadmodum inter Aegyptios & Hebreos olim nu- partum bes, sic & nunc inter Denim & nos corporalis hæc caligo in- Nubes, terfata: hac gratia vt dum purgatores materiq; cum sudore desiderij nostri scopum contendimus, indultria nostra luci dægiæ vita præmij quoque magnificentius contingat.

Quemadmodum fieri non potest, vt vel tuam ipsius vmbra, quantumvis etiam festines, præcurras / semper enim quantum tu vrgedo processeris, tantum ipsa sequendo occu- pat/ vel in colores oculorum radios, nullo aut lumine, aut aë- re deueniente defigas, vel denique extra aquas natat illa piscium natura sua & lubricitate promoueat: ita nulla est via cuius ductu, hi qui in corpore sunt, ad intellectilem Colores. naturam, omnino sine corporalium rerum interuentu, per- tingere queant.

Pisces.

Umbra.

Colores.

Pisces.

Umbra.

Fumus à loco ignis erumpens, in altum extollitur, & ip- sa elatione in globum magnum intumescit: sed quanto fie- ret globus ille grandior, tanto sit variior: Sic impius quo ma- gis exaltatur, tanto citius deficit.

**IN PSALMVM. LVII. concione. II.**

Cultus ager fructum non reddens & ingratus agricolæ, Sterilis a- profrugibus spinas afferens, non horreum, sed ignem que- rit dominus Deus noster, sicut videtis eum bonam hanc terram visitare imbribus solemnibus: Ita cor nostrum ver- bo suo, tanquam agrum suum visitare dignatur, & de cor- Cor.: de nostro querit fructus, quia nouit quid ibi seminet, & quādū pluit.

**IN PSALMVM. LXXXII.**

Quomodo solent egri qui lentius ægrotant, cum sanita- tas longe est, vicina sanitatem, plus aestuare, remissionem criti- cam medici vocant, per quam transitur ad sanitatem: Sic & Criti ac re- infirmus animo transitus ad fidem firmitatem, penè ca- missio. dit in blasphemam videlicet dubitationem de prouidentia Dei, aut iniquam iudicationem de iniqua dispensatione bo- num & malorum.

**IN PSALMVM. XLVIII.**

Neque descendet cum eo gloria eius. ) Sicut vua acerba Vua, dentibus vexatio est, & fumus oculis: Ita iniquitas vte- bus ea. Quomodo qui manducat ore corporis vuas acer- bas, obrigescunt, & obstupescunt dentes eius, & minus ido- Ff ij

nietus ad manducandum panem, & remanet illi laudare quod videt, & manducare non posse: Sic & qui iniuritate vniuersi est, & pastus peccatis in corde, incipit non posse manducare pa nem, laudat verbum Dei, & non facit: unde hoc facit? quia cum ceperit facere, laborat, quomodo sentimus laborare dentes post vuas acerbas, cum ceperimus panem manducare. Sed quid faciunt illi quibus obistupuerunt dentes? Tem perante aliquantulum ab vuis acerbis, & redenit dentes ad stabilitatem suam, & incumbunt panem: Sic & nos lamen dumus iustitiam. Sed si volumus manducare iustitiam, tem peremus nos ab iniuritibus, & nascitur in corde non solum delectatio laudandi iustitiae, sed etiam facultas manducandi.

**CIN PSALMVM. XXXIII. super hoc. Et cap-**

ptio quam occultauerunt, comprehendat.

Venenum

Tanquam si quispiam venenicalicem prepararet alicui, & oblitus bibat. Etranquam si fouearam quisquam fodiat, in quam quisq; inimicus in tenebris incidat, & ille oblitus quod foderat, ambulans ea via, prius illuc cadat: Ita credite, ita certi estote, videte, prospicite, quia nemo malus non sibi proprius nocet. Sic enim esse putate malitiam, quomodo ignem. Incendere vis aliquid aliud, illud quod admoues prius ardet nisi ardeat, non incendit, facula est, hanc faculam apponis ut aliquid incendat, nunquid non ipsa facula quam apponis, prior ardet, ut aliquid possit incendere? Malitia autem procedit ex te, & quem prius valet, nisi te? Quo profunditramus, ledit: ubi radicem habet, non ledit? Equidem dico quod malitiam ut alteri non noceat, fieri potest: ut autem tibi non noceat, fieri non potest.

**CIN PSALM. XL. prefatio.**

In torcularibus animadictimus quedam tria, pressuræ, & de pressura quedam duo, unum recondendum, alterum projiciendum. Fit ergo in torculari conculatio, tribulatio, pondus, & in his oleum eliquatur occulte in gemellarium, amurca publicè & per plateas currit. Putatio quia pressuræ abundant, tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantiae amurca infultet, & illa tanquam per plateas projecta, publice infultet, tu liquare in gemellarium. Oliua in arbore, quibusdā quidē tempestatisbus agitatur, non tamen pressuris,

Ignis:  
Facula.

Torcula-  
ria.  
Pressura.

Oliua.

torcularibus atteritur, ideo utrumque simul pendet ex arbo re, & quod projiciendum est, & quod recondendum est. At ubi ad torcular & pressuræ venti faciunt, utrumque discernitur, dirimitur, & aliud appetitur, aliud respuntur.

Torcular possimus accipere Ecclesias, eadem ratione Torcula qua & aream intelligimus Ecclesiam. Quia sive in area, sive in torculari, nihil agitur, nisi ut fructus ab integumentis pungatur, quæ necessaria erant, & ut nascerentur, & ut crescarent, atq; ad maturitatē vel in effissi, vel vindemizie peruenirent. His ergo vel integumētis, vel iustentaculis, id est, per Area. Ieis in area frumenta, & vinatij, in torcularibus exiuntur. Sicut in multitudo sculariū hominū, quæ simul cū bonis congregatur, quibus ut nascerentur & apti fierent verbo diuino, necessaria erat illa multitudo, id agitur, ut spirituali amore per operationem in ministrorum Dei, separarentur.

**CIN PSALMVM. LXX XII.**

Vua pendet in vitibus, & oliua in arboribus: his enim Vua. duobus solent torcularia præparari. Et quandiu pendet Oliua, in fructis suis tanquam libero aere perfruuntur, & nec vua vinū est, nec oliua oleum ante pressuram: Sic sunt homines, quos prædestinat Deus ante secula, conformes fieri imaginis filij sui, quæ precipue in passione, magnus horus expressus est. Huiusmodi ergo homines antequam accedant ad seruitutem Dei, fruentur in hoc seculo, tanquam deliciosa libertate, velut vua aut oliua pendentes, sed quoniam dictū est. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, accedes quisque ad seruitutem Dei, ad torcularia se venisse cognoscat, contribulabitur, conteretur, comprimitur, nō ut in hoc seculo pereat, sed ut in apothecas Dei defluat. Exiuntur carnaliū desideriorum integumentis quasi vinatij: hoc enim illi cōtigit in desiderijs carnalib. In istis torcularibus positi sumus filii Choræ, id est, calvi (hoc enim sequitur in titulo Psalmi) id est, domini nostri IESV C H R I S T I.

**CIN PSALMVM. LXXXVI.**

Arca Noë quæ figuram gessit Ecclesiæ, ædificata est lignis quadratis. Quid est quadrati? Attendite similitudi - Quadratum, quadrati lapidis similis esse debet Christianus. In omni tuis lapis.

## AUGVSTINI

tribulatione non cadit, & si impellitur, & si qua vertitur nō cedit. Nam quadratum lapidem quacunque verteris, stat. Stantem te sic inueniat omnis casus.

**Nutrices.** **CIN PSAL. XXXIII.**

Faciunt nutrices mamothreptis, vt aliqua amara ponat in papillis, quo offensi parvuli, ab ybere resiliant, & ad me- suram innivent. Ita N.

**CIN PSAL. LXXXVI.**

**Vita factio** Sic abscondita est apud Deum vita sanctorum vt qui modum. Laborant in terra, quasi tēpore hyemis arbores non habentes fructū & folia, illa apparētē tangō nouo sole exorto, illud quod in radice viuebat in fructibus appareat, licet castiget, flagellat, amat iudicium, non nō crelinquet sanctos suos.

**CIN PSAL. LXIIII.**

**Anchora.** Spem iam in terram sanctam quasi anchorā p̄m̄sim⁹, ne in isto mari turbatina fragaremus. Quemadmodū ergo de nauī, quae in achoris est, rectē dicim⁹, quodā iā in terra sit, adhuc tamē fluctuat: sed in terra quodam modo educta est cōtra ventos & tempestates. Sic contra tentationes hui⁹ p̄r̄ginationis nostra, spes nostra fundata in illa ciuitate His rufalcim, facit nos modo abiungi in faxa.

**CIN PSAL. CXXX.**

**Medicus.** Q̄ uomodo cū medicus apponit visceribus aliiquid forte Epithēma epithēma molestum & ardens, inde tamen curandus est ille, cuius viscera tumebant: cum ille inde ardere cōperit, & cruciari in medicamento, rogat medicum, vt auferat medicamentum. Medicus autem consolatur, monet eum patientiam, quia noui q̄ vīle sit quod apposuit. Ita Deus ait: Sufficitib⁹ gratia mea. Ego noui quid apposuerim, noui vnde ægrotos, noui vnde saneris.

**CIN PSAL. XLII.**

**Resuscitatus corpore, viuit absente resuscitatore: nō autē Deus vita sic resuscitatus in anima. Cum enim Deus sit vita animæ, a- animæ.** nima vērō vita corporis, sicut corpus viuere non potest ab- sente anima, ita non nisi deo præsente anima viuere valet.

**Animæ vi** Habet itaque anima sibi deum præsentem per gratiam: que ta corpo- viuens peccatum suum confitetur, eamque vitam quæ Deus sis. est in habitat: q̄ in habitando viuere facit: si autem illamin-

## SIMILIA.

229

habitet, ergo templum Spiritus S. facta est: ergo illuminata est: ergo à tenebris peccatorum expiata est: ergo templum diaboli esse definit, quæ ad lucem venit, cuius aspectus tenebras fugat. Nulla enim (vt ait Apostolus) conuentio c H R I S T I ad Belial: nulla participatio lucis ad tenebras: nulla cōmunicatio iustitie & iniquitatis: nullus cōfensus templo dei cum Idolisi. Item vtc H R I S T V s ait: Omnis qui odit marlum, in luce agit: qui autem in luce agit, in c H R I S T O operatur, qui autem in c H R I S T O operatur, eius filius probatur. Cuius enim opera quisque facit, eius filius esse p̄hibetur: vnde quibusdam deminus ait: Si filij Abraham essis, opera Abraham facite. Item: Vos ex patre diabolo essis, quia opera patris vestri facere vultis: nemo autem filius Dei & Diaboli simili esse potest. Nemo enim (vt ipse ait) duobus dominis simul seruire potest. Item vt Iohannes ait in Epistola sua: Q̄ ui natus est ex Deo, non peccat: ergo non est filius diaboli: solo enim peccato, diaboli filii sumus: ergo de eius regno translati sumus in regnum claritatis filij Dei: & sumus erexit de potestate tenebrarū, & facti sumus filij lucis.

**CIN PSALMVM CX. SERMONE XIII.**

Dicitur ap̄is hinc alteram aurem, quām pressius potest, terræ infigere, inde vērō alteram caudæ immissione nihilominus obturare, ne audiat. Quid ad haec incantantis vox, quid sermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, baptizari. Baptizari pro mortuo vērbitimo quodam profluvio lachryma - pro mortuum, apud quem viderim nihil humanæ incantationis quā libert sapientiam, nihil quantumcunque admonitionis industria p̄suale. Non erit tamen vir sapiens non cœlo sece, sed solo infigere caput, quod sapientia quæ desursum est, non modo pudica, sed & pacifica sit. Hac autem magis (vt ita dicam) aspida, nisi terrena esse non potest. Sed nec ideo obsurdesceret, nisi cauda quoque obturaret auditum. Cauda. Cauda est finis intentionis, hac surditas desperata, dum hic quidem velut terræ infixus, propriæ quisque inhæret volūtati, inde velut reflectens caudam, finem aliquem meditatur, & infigit animo, quod desiderat adipisci. Inde tam morax & amarus sermo iuuenit in ore hominis obstinati, quod nulla ad eum penetrare queat benevolentia monitoris. Inde

aspidi virus in lingue aculeo perseterat: quod aduersus lignum incanteroris, tanto se studio obturari. Aspis latitare in arena, etiam aries volantes flatu attrahit venenato.

## C I N P S A L M . X C I .

Ad præsentis deus habens laxat, sed post astringit. Non gaudere ad pescem, qui in esca sua exultat: nondum traxit hamam pescator, non iam ille hamum habet in faucibus. & quod tibi videtur longum, breve est, omnia ista cito transeunt.

**Cogitatio Dcl.** Reuera fratres nullum mare tam profundum est, quæ est cogitatio dei ut mali florcat, & boni laborent. Nihil tam alium vbi naufragat omnis infidelis, in isto vis traxire profundum hoc? A ligno Christi noli resilire, non mergaris, tene te ad Christum, nam ipse laborare voluit ideo in terra.

## C I N P S A L M . X C I I .

**Decor.** Sicut dominus deus noster, qui ad eos quibus placet illius opera & verba, decoré induit: sed ad illos quibus disipli-

**Fortitudo.** cent, fortitudinem. Sic oportet facere quemlibet predicatorum.

**Sol.** Quemadmodum sol oculos puros, sanos, vegetos, for-

**Oculi.** tes, habet, tranquillus appetit, in oculis autem lippos, quasi

**Peruersus.** tela aspera jaculatur, intente illi vegetat, hunc excruciat,

nō mutatus, sed mutatum. Sic cum ceperis esse peruersus, & tibi Deus peruersus esse videbitur, tu mutatus es, non ille.

## C I N P S A L M . X C I I I .

**Requies.** Venale est quod habeo, dicit dominus tibi, eme illud.

Quid habet venale? Requiem, regnum. Dicis illi: Quantum valet? precium ipsius labor est, quomodo si diceret: precium ipsius aurum est, non sufficereth hoc dicere, sed quare res quantum aurum? Nam si solidus est, aurum est, & semuncia, & libra, & tale aliquid: ideo dixit precium, ne labores querere, quādū huius rei premium labor est. Quantum labor est? iam quare tu quantum laborandum sit, tu iudica quanto labore emenda sit requies illa sempiterna sine fine, vbi gaudium incorruptum sine fine, vita æterna sine fine.

**Regnum.** ne. Quanto labore digna est requies, quæ nō habet finem?

Precium re- Quidam sempiterna est requies: aqua precium, æterno certo quicissem- digna labore æterna requies comparari. Si verum vis compiternæ la parare, & verum iudicare, æterna requies, æterno labore re- bor.

Qæ emitur. Certe tantus debuit esse. Id est sempiternus labor,

pro requie sempiterna. Decies centena milia annorum in labore quid valent? habent finem: quod tibi dabo, ait dominus, nō habebit finem. Qualis misericordia Dei, nec dicit decies centena milia annorum labora, non dicit vel mille annos labora, non dicit quingentos labora, cum viuis labora patris annis. Inde iam requies erit, & finem nō habebit. Ecce quārum præcium damus, quodammodo vnam siliquam. Siliqua pē ad accipiendothes fauoris sempiternos. Siliquam laboris, ad sanitum semper in credibilem.

Sicut stellas in celo nō extinguit nox: Sic metes fidelium sauri. inhæretes firmamento scripturæ dei, non vincit iniquitas. Boni vita.

Boni vita quæ ex præceptis Dei agitur, tanquam stilus est, quod auditur scribens in corde. Si in cera scriberetur, facile deleretur. Scribite illud in cordibus vestris & moribus, & nunquam delebitur.

Boni laborant, quia flagellantur vt filii, mali exultant, quia damnantur vt alieni.

Duos filios habet homo, alterum castigat, alterum dimittit: facit unus male, & non corrigit a patre, alter mox vt se mouerit, colaphis caeditur, flagellatur. Vnde ille dimittitur, & illi caeditur nisi quia huic casu hereditas seruat, ille autem dimissus, ex heredatu est? Videt eum non habere spem, Puer stilus & dimittit eum vt faciat quod vult. Puer autem qui flagellatus & imputatur, si cor non habuerit, & imprudens fuerit & stultus, gravatulatur fratri suo, qui non vapulat, & germit de se, & dicit in corde suo: Tanta mala facit frater meus, quicquid vult, facit contra præcepta patris mei: & nemo illi facit durum verbum: ego mox vt me mouero, carior. Stultus est & imprudens, attendit quid patitur, & non attendit quid illi seruitur. Ideo ait Prophetæ in quinquagesimo Psalmo: Vir infipiens non cognoscet, & stultus intelliget hæc. Quæ sunt quæ non intelliget stultus, & quæ imprudens non cognoscet? Cum exorti fuerint peccatores, sicut scenum. Quid est sicut scenum? Virent cum hyems est, sed aestate arescent. Attendis florē sceni, quid citius transit? Quid lucidius? quid viridius? Non te delebet viriditas ipsius, sed time ariditatem ipsius. Sed iustus vt palma floredit. Palma in nouissimis Palma, pulchra est, vt initium eius à terra ducas, finem ipsius in ea iustus.

cumine, ubi habet totam pulchritudinem, aspera radix vide tur in terra, pulchra coma sub celo est. Erit & tua pulchritudo in fine, radix tua fixa sit, sed sursum versus habeamus radicem nostram. Nunquid cum sol exierit, arescit palma? Nunquid arescit cedrus: cum autem sol candens aliquando fuerit, arescit foenum. Veniet iudicium, ut arescant peccatores, ut virescant fideles.

## IN PSAL. XCVII.

Ductiles tubae, græc sunt, tundendo producuntur. Si tun-  
tibus, ductilest tubæ, ergo vapulando, eritis tubæ ductiles, ad laudem Dei  
producentur. Si cum tribulamur, proficiatis, tribulatio, tundito,  
profecitus, produxitio est. Q uomodo sonuit, q uia tamen sonu dedit tuba ductilis, qui in tribulatione percussus, gratias agit? Ecce inquit fabricator Deus, illam tubam perhuncere volo, non perficiä nisi tundam, tradâ malleo tundendū: male  
sonabat, ante q uod produceretur, forte productus & factus tuba  
ductilis, laudes domini sonabit, amissa blasphemia.

## IN PSAL. XCVIII.

Q uicquid loquimur in nomine dei, quoniam dei est per nos loquës, imb er dei est: videte vos qualis terra sitis. Nâ quâdo pluvia venit super terrâ, si bona terra est, fructus bonas parit, si mala terra, spinas parit: pluvia tamē dulcis est, & super fructus, & super spinas. Q ui istis verbis auditis, peior factus fuerit, & spinas de pluvia generauerit, ignem speret, & pluviam non accuset. Q ui autem melior factus fuerit, & fruges de bona terra generauerit, horreum speret, & pluviam laudet. Aut quid sunt nubes, aut quid ex pluvia, nisi dei misericordia omnia facientis circa omnes quos diligit, & quibus donavit, vt ab eis diligatur?

Pleraque, faciūt artifices, & ostendunt imperitis, & cū iam R. xpolutio iudicauerit imperiti esse perfecta, expoliūt ea artifices, quod nouerunt adhuc quid illis desit, & mirētur homines tantā expolitionē rebus accidisse, quas iā perfectas pronunciauerat. Oculus. Fit hoc in edificijs, in picturis, & vestib. & prope in omnigenere artifici. Sed aliud iudicat oculus impetratus, aliud iudicat artificis regula: Sic & sancti illi versabatur ante oculos dei, tanq sine culpa, tanq perfecti, tanq angeli, nouerat aut quid illis defecit, qui vindicauit in omnes affectiones eorum.

## IN PSAL. CIX.

Sicut torrens pluialibus aquis colligitur, redūdat, per strepit, currit & currēdo decurrat, id est, cursum finit: Sic est orans iste cursus mortalitatis, nascuntur homines, moriuntur, & alijs morientibus, alij nascuntur, succedit, accedunt, decidunt, nec manebunt. Q uid hic tenetur? Q uid non decurrit? Q uid non quasi de pluvia collectū it in abyssum? Q uo modo enim fluvius repenti collectus de pluvia, de guttis I-ibrum, it in mare, nec appetet, quia nec appetebat anteq de pluvia colligereetur. Sic hoc genus humananum, de occultis coligitur, & proficit im mortem. Rursum in occultum vergit, medium hoc sonat & transit, de hoc torrente bibit Christus, hoc est, natus, est moriturus.

## IN PSAL. CXX.

Sicut qui seminat per hyemem, non deterretur ab opere, Scribant proper hyemem: Sic & nos pressura, mundi non debemus à bono opere deterri, quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metent.

## IN PSAL. CXXV.

Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent, ipse agricola quando procedit, & portat seram, nonne aliquando frigidus est ventus, & imber deterret? Attēdit cœlum, videt tristem diem, attēdit & expectat diem letam, ne tempus transcat, & non inueniat quod metat. Seminate & vos in hyeme seminare bona opera.

## IN PSAL. CXXX. prol.

Q uomodo vt restis fiat, additur spartum sparto, nō autē Restis longid rectum it, sed torquetur: Sic omnia peccata facta, quæ sūt ga. peccata, cū adduntur sibi & addēdo peccatum peccato, & Spartum, peccatum ad peccatum annexatur, fit restis longa. Q uorū semitæ prauæ & flexuosi gressus eorū. Q uo aut̄ valet ista restis, nisi vt inde ligetur ei manus, & pedes, & projiciatur quis que in tenebras exteriore? Funiculus enim peccatorū suorum unusquisque constringitur. Ve eis qui trahunt peccata velut restem longam.

## IN PSAL. CXXXIX.

Spinæ non pungunt in radicibus. Erue spinas de terra, contrecta radices ipsarum, & vide si sentis dolorem. Tamen

**Amatercs** illud vnde dolorem sentis, in superficie de radice processit:  
carnalium Ita amatores carnalium & si videntur, blandi, leues, radices  
spinarum sunt.

**C I N P S A L . C L V I .**

**Curat equus tuus**, sit paratus ad bellum, dominus autem salutem tribuit. Tamē dñi currit, dicitō de⁹ virtutē tribuit e- quo meo ut curreteret: dedit tibijs meis persinceratiā vt scarem Non ergo puto quod te libertas arbitrij tui ita habeat, qua- si nauem per quam vis euadere barbaros de littore, per quam euadere de fluctibus pelagi, per quam ad patriam desideras pertuenire: sed si dominus imperauerit ventis prosperis, & aduersis flatib. silentiū dederit, si latentes vndas demonstrauerit, & somnum tulerit gubernantibus nautis, & absque læsione, portū ingredi fecerit: ages post hoc gratias deo, nō nautis, nō nauī. Nec ista dicētes excludimus nauē & nautas: sed magis & nauē ornamus: & nautas quib⁹ dñi præsulē cōfi temur. Si enim nauis non fuisset vtq; quod dominus gubernaret, non esset. Si nauē non essent, quos dominus excitarer, nō essent. Si vela nō essent, non essent quibus daret prospera flabria ventorum: Ita ergo dicamus si arbitrium in te non fuerit bona voluntatis, non erit tecum pax Dei.

**C I D E C O R R E C T I O N E D O N A T I S T A R V M****A D B O N I F A C I V M C A P . XX .**

**David,** Sed si aliter nō meruit pacem habere dom⁹ David nisi **Abſalon.** Abſalo fili⁹ eius in bello quod cōtra patrem gerebat, fuisset extinctus, quanuis magna cura niandauerit suis, vt eumquā tum possent viuum salviumq; feruarent, & esset cui pœnitēti paternus effectus ignosceret: quid ei restituit nisi perditū fletre, & sui regni pace acquisita, sua mœsticiam cōsolari? Sic ergo catholica mater bellantibus aduersus eā quid aliud q̄ si līj⁹ suis: quia vtq; ex ipſa magna arbore, quæ ramorum suo rūm porrectione toto orbe diffūditur: iste in Africa ramulculus fractus est: cum eos charitate parturiat, vt redeant ad radicem, sine qua veram vitam habere non possunt: si aliquo rum perditione cæteros tam multos collegit præsertim, quia isti nō sicut Abſalo casti bellico, sed spōtanē magis interiu perent, dolorem materni cordis lenit, & sanat, tantorum liberatione populorum.

**Catholica Mater.**

**C LIBRO DE CORRECTIO. DONA-****TIS TARVM CAP. XXI.**

Si j aliqui in vna domo habitarent, quam certissimè sci remus ruituram, nobisque id prænunciantibus nollent credere, atq; in ea manere perfisteret, si eos inde possemus e- nam mini ruere, vel inuitos, quibus imminente illam ruinam po- tans. Ita demonstraremus, vt redire ulterius sub eius periculum non auderent, puto nisi faceremus, non immerito crude- les dijudicaremur, &c. Quid igitur de opere misericor- Opus mi- dia, pro vita æternâ, poena æternâ vitanda, hominibus de- bemus impendere, iudicandū est: si pro salute ista, non solū temporali, sed etiam brevi, & cum ipsum tempus exiguum liberanda, si hominibus subuenire, nos ratio vera & be- nigna compellit?

**C IN EPIST. XLVIII. AD VINCENTIVM DONATIST.**

Istos atrocēs quondam inimicos nostros, pacem & quietem nostram varijs violentiarum & infidiarum generibus grauitate infestates, si sic contemneremus & toleraremus, vt nihil omnino quod ad eos terrendos & corrugendos valere posset, excogitaretur & ageretur à nobis, verum malum pro malo redderemus. Si enim quisquam inimicum suum periculosis febris phreneticum factum currere vide- Phreneti- ret, in præcipitiū, nōnne tunc potius malum pro malo redde- cus. ret, si eū perire sic permitteret, q̄ si eum corripiendū ligandū q; curaret, & tamen tunc ei aduerterisimus & molestuissim⁹ vi deretur, quādo utlissim⁹ & misericordissim⁹ extitisset. Sed plane salutē reparata, tanto liberius ei gratias ageret, quanto sibi eū min⁹ pepercisse sensisset. Et deinde: O si tibi possē ostendere certū genus hominū quondam hereticorū, quos mul- totū catholicos manifestos habemus, dānantes suam pristi- nā vitā, & miserabilē errorē quo se arbitrabantur pro Eccle- sia dei facere, quicquid inquietā temeritate faciebant, qui ta- men ad hanc sanitatem non perduceretur, nisi legū istarū, quę tibi displiceat, vinculis tanq̄ phreneticī ligarentur. Et mox: Vīculis co- Quā multi ex ip̄s nunc nobiscū gaudentes, pristini pōd⁹ ercēdi atq; perniciosi operis accusat, & fatētur nos sibi molestos esse de adeo com- būsse, ne tanq̄ mortiferio somno: ita morbo veterno: cōfue- būendi. tudinis interirent, &c. Nō omnis qui parcit amicus est, nec

## AVGVSTINI

**Vulnera.** omnis qui verberat inimicus est. Meliora sunt vulnera amici, quia fraudulenta oscula inimici. Melius est cum scueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Vulnera decipienti panus tollitur, qui de cibo securus iustitiam negligebat, quam esl. rienti frangitur, ut iniustitiae seductus acquiescebat.

**EPI. XXXI. PAVLINI. ad AVGVST.**

**Amor studiorum.** Fons me in facis studiis tempore recete, & ob hoc, post longa discrimina, post multa naufragia, vsu ruderem, vix dum à seculi fluctibus emergenter, tu qui iam solidum littore constitutus, tuto excipe sinu, vi in portu salutis, si dignum pretantes, pariter nati gemens. Inter ea me de periculis vita istius & profundo peccatorum evadere nitentem, orationibus misericordia, tanquam tabulam sustine, vt de hoc mundo, quasi de naufragio, nudus euadam. Idcirco enim me levare sarcinis, & vestimentis onerantibus exuere curau, ut vndosum hoc quod inter nos & Deum, peccatis interlata tribus separat pignus vita salutis, omni amictu carnis, & curadie sequens iubente & adiuuante CHRISTO, expeditus enatem.

**EPI. XXXI. PAVLINI ad AVGVST.**

**Salteræ.** O vere filiæ teræ, quo præcordia nostra ne possint seculi vanescere errore, conditunur. O lucerna dignæ supra cæde-labrum Ecclesiæ posita, quæ latè catholicis orbib. de septiformi ligno pastum oleo latititæ lumen effundens, densas licet haeticorum caliginem discutit, & lucem veritatis à confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis, enubilat. Ostium, fistulam aquæ viuæ, & venâ fontis æterni merito dixerim, quia fons vita aquæ salientis in vitam æternam, CHRISTUS effectus est, cuius defyderio stiuit in te anima mea, & vberitate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit.

**EPI. XXXI. SEVERI ad AVGV.**

**Artificiose apis.** O vere artificiose apis DEI, cōstruens fauos diuinis etatis plenos, manantes misericordiam & veritatē, per quos discurrens, delatatur anima mea, & vitali pastu, quicquid in se min⁹ iucit, at ibecillū sentit, refarcire & suffulcire molitur.

**EPI. LIVI ad MACEDONIVM.**

Sicut est aliquando misericordia puniens, ita est crudelitas parcens. Quis enim non crudellem verius dixit eum qui puero pepercit, volenti obstinanissime de serpentibus

## SIMILIA.

233

Iudere? Quis autem non misericordem, qui talia prohibes contēptorē verbōrum etiam verberibus emendauerit?

**EPIST. AD MARCELLINVM.**

In corripiendo filio, quamlibet asperè, nimirū profecto paternus amor amittitur: fit, tamen quod nolit, & doleat, amor, qui etiam inuitus videtur dolere canandus, cuius vilitati consilendum magis quam voluntati.

**EPI. I. ad BONIFACIVM COMITEM.** Forens.

Molestus est medicus sui enti phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligado, iste cedendo, sed ambo diligendo. Si autem istos negligant, & perire permittant, ista potius mā suetudo, falsa crudelitas est. Si enim equis & muluis quibus nō est intellect⁹, mortisibus, calcibus, resistit hominibus à quibus eorum curanda vulnera cōtractantur, & cum inter dētes eorum & calcis lepe homines periclit entur, aliquando vēxētur, nō tñ eos deserit, donec per dolores & molestias medicinales renocent ad salutem, quāto magis homo ab homine, frater à fratre, ne in aeternum pereat, non est deferendus, qui correctus intelligere potest, quantum sibi præstabatur beneficium, quando persecutionem peripei quefebatur.

**EPISTO. LXXXII.**

Sicut autem & inter ignem & aquam tenenda est via, vt Ignis, nec exuratur homo, nec demergatur: Sic inter apicē superbita & voragine desidia, iter nostrū tēperare debemus, sicut Desidia. Scriptum est: Nō declinat̄es neq; ad dextrā, neq; ad sinistrā.

**EPI. LXXXVIII. AD FELICITATEM.**

Maiorem date operam concordantis, quam redargueretis: quia sicut acetum corruptit vas si diutius ibi fuerit. Sic Acetum, ira corruptit cor, si in alium diem durauerit.

**EPI. CV. AD SIXTVM.**

Nā & hoc si vt respoueat, rustico proponatur, quæ causas sit ut cū aliud sit olea, aliud oleaster, de femine vtroq; vtrq; Olea, que nascitur, non omittit inferendi curationem, etiamsi non Oleaster, possit istam soluere questionem.

**FADIVLIANVM EPI. III.**

Inuid⁹ vir similis ē nauis quæ iactatur in fluctibus maris, Inuidus, in perturbatione semper est, vt lupus rapax insaniat inaniter, in miseria detinetur, & tabescens, ad nihilum redigitur. Sé-

Gg

## AVGVSTINI

per furore plenus, particeps dæmoniorum efficitur.

**Carnalia alimenta.** Aninam tu im nutrit diuinis lectiōibus: parabone enim tibi mensam p̄nitualē, quia sicut ex carnalibus alimentis pascitur hominis caro: Sic ex diuinis eloquij, lectiōibus & orationibus, nutritur noſter interior horo.

### ¶ AD IOANNEM COMITEM EPIST. III.

**Auarus.** Auarus enim vir i. inferno similis est. Infernus enim quātos mortuos decoloraverit, nūquām dicit satis est: Sic & si omnes theſauri circumfluxerint in auarum, nūquām satiabitur.

### ¶ AD SIXTVM ROMANVM PONTI-

#### PICCEM EPIST. CVII.

**Fides.** Quia nec omnia est fides, qui audiunt verbum Dei, sed quibus Deus partitur mensuram fidic: Sicut nec omnia germinant quae plantantur & rigantur, sed quibus Deus dat incrementum.

**Peccata venialia gra-**  
uant. Illa dimitti volumus nobis peccata, que humanae fragilitati quāuis parua, tamen crebra subrepunt. Que si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & oppriment, sicut vnum aliquod grāde peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruat: an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligētiā derelictā atq; contēpta, impletat nauē, atq; submerget?

### ¶ EPIST. CXXXIX. AD AVGUSTINUM.

**Allegoria.** Prout oculi non vt praelargi peccatois possum libarem acciperem, sed vt ingens diuitis vberitatem flumine hauirem. Thesaurum sapientiae desiderauit: sed minus accepi quām volebam. Opto itaque sapientiæ floribus paci, & viui fontis haustibus irrigari: præta cupienti. Potest enim semini hudi roboris velamen genitale viridari, si meruerit tuis sensim fluentis augeri. Cur mihi fons orbis paruo sermone meruit? An minus apta suis spirauit corda fluvēt? Cum p̄teat mens omnis aquis spectetq; loquacem, Religionis opem gratos, dat sensibus imbras. Expectat quos plena fides chris̄tiani de stipe pendens.

### ¶ EPIST. CCIV. AD DONATVM.

Modo quod te in puteum, vt morereris, missisti, utiq; li-

## SIMILIA.

234

bera voluntate fecisti. Sed quām crudelēs essent servi Dei, si te huic malæ voluntati tuae permitteret, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparer? quis non impios iudicaret? Vos tēquām in sepiibus inuenimus, & intrare Sepes, compellimus, plenos spinis & apertitate.

### ¶ EPIST. CLIX. AD MARCELLINVM.

Paterna dilectione seruasti, quando tantorum scelerum confessionem, non exterrito ecclœ, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coheret hætioris, & à magistris artium liberalium, & ab sp̄s parenibus, & ſepe etiam in iudicib⁹, ſolet ab episcopis haberi.

### ¶ AD PROPTERVVM.

#### EPISTOLA CXLIX.

Ita enim inuteraſcens fit odīu, dum quaſi iuſti doloris Odium, admixta dulcedo, diutius eam in vase detinet, donec totum aceſcat, vasq; corrumpat. Quia propter multo melius, ne iuste cuquām irascanar, quām vultur iuste irascendo, in aliquid odīu & occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hospitiis ignotis, ſita ſolem⁹ dicere, multe eſt melius malum hominem perpeti, quām forſitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus ne recipiatur malus. Sed in Affectioēs affectibus animi cōtrā eſt. Nam incomparabiliter salubrissima animi eſt, etiā irā iuste pulsanti nō aperire penetrale cordis, quām admittere non facile recessuram & peruenienturam de ſarculo ad trabem: ſtudet quippe impudenter etiam crescere quām putatur.

### ¶ LIBRO. XXXII. CONTRA FAV-

#### STVM CAPITE XLI.

Sicut aeger non debet reprehendere medicinalem do- Medicina-  
ctrinam, ſi aliud ille hodie præcepit, aliud cras, prohibens na.  
etiam, quod ante præcepit (ſic enim habebat ſanandi eius  
corporis ratio). Ita genus humanum ab Adam vſque in fi-  
nem ſeculi, quādū corpus quod corrumpitur, agrauat Diuina  
animam, ægrum ac ſaucium, non debet diuinam reprehendere medicinam,  
ſi in quibusdam hoc idem, in quibusdam vero aliud prius, aliud posterius obſeruandum eſſe præcipit,  
præterim cum ſic aliud præcepturam eſſe promiſit.

Gg ii

## AUGVSTINI

### LIBRO. XXII. contra Favstum CAP. LXV.

Speculi ni  
tor.

Scriptura vt fidelis speculi nitor, nullius accipit adulata  
dam personam, si d ad laudanda & vituperanda hominum  
facta, illis ipsa iudicat, vel legi ritibus iudicanda proponit,  
nec soli homines ipsos vel vitup erabiles v*I* laudabiles in-  
timans, yetum etiam quedam in vituperabilibus laudanda,  
& in laudabilibus, vituperanda non tacens.

### CAP. XLIIII.

Cytharæ.  
Organa  
musica.  
Chordæ.

Sicut in cytharæ & huiusmodi organis musicis, nō qui-  
dem omnia cœta tanguntur, canorum aliquid resonant, sed  
tantum chordæ, cateratamen in toto cythare corpore ideo  
fabricata sunt, vt esset v*b*i vincirentur, vnde & quæ tenderé  
tur illæ, quas ad cantilenæ suavitatem modulatur & per-  
cussus est artif. x:ta in his propheticis narrationib<sup>9</sup>, quæ  
de rebus gestis hominum, propheticō spiritu deliguntur,  
aut aliquid iam sonante significatione futurorum, aut si di-  
hil tale significant, adhuc interponuntur, vt sit vnde illa si-  
gnificantia, tanquam sonantia, connectantur.

**L** A V G U S T I N . X X I I . lib. cōtri Fau-  
stum cap. 12. & 19. accōmodās illud Hie-  
re. 17. Clamauit perdix, cōgregauit quæ  
non peperit, faciens diuitias suas non cū  
iudicio.

Perdix.

Perdix enim, inquit, contentiosum animal, notum est  
quanta auiditate ipsius contentionis currat in laqueum. Nō  
enim disputare amant heretici, sed quoquo modo s̄ parare  
impudentissima perniciacia, vt congregent, sicut hic dixit,  
quæ nō pepererat. Christianos enim quos maximè Christi  
nomine seducit, iam per ipsius CHRISTI euāgeliū natos  
inueniunt, & faciūt illas diuitias suas nō sanè cū iudicio, sed  
cū temeritate incōsiderata. Non enim intelligunt ibi esse ve-  
ram & salubrem, & quodammodo genitram atque radia-  
alem Christianam societatem, vnde istos sp̄a auerunt,  
quos ad suas diuitias congregant. Et quia de talibus dicit  
Apostolus. Sicut enim Iannes & Mābres restiterunt Moy-  
si: Sic & isti resistunt veritati, homines mēte corrupti, re-  
probi circa fidem. Sed vlt̄ra non proficient. Dementia eā  
corum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fort. Sc-

## SIMILIA.

235

quintur & hic propheta, & dicit de perdice, qui congregauit  
quæ non peperit, in dimidio dictum eius detrahitur cum,  
& in nouissimis suis erit insipiens, id est, qui primo tanquam  
per pollicitationem & ostentationem excellentis sapientiae  
seducebat, erit insipiens, cum apparebit, quia dementia e-  
ius nota erit omnibus.

### CONTRA FAVSTVM LIBRO XV.

CAP. XV.

Per bonū mihi operatum est mortem. Ergo lex semper Lex.  
bona, siue obſit inanibus gratia, siue proficit plenis gratia, semper est bona, sicut Sol semper est bonus: quia omnis crea-  
tura de ei boni est, sine dolentibus oculis suitas ad vidē-  
dum Solem, hoc est, gratia mentibus ad impletandam legem.  
Et sicut oculi sani non Solis delectatione moriantur: sed il-  
lis istib⁹ asperis radiorum, quibus reuerberati in deūsiores  
tenebras pollebantur: Sic anima quæ per charitatem spiritu Anima,  
tus salua facta est, non iustitiae mortua dicitur: sed illi reatu Charitas.  
prævaricationi quā lex per literā cū gratia defuit, faciebat.

### LIBRO XXII , CONTRA FAV- STVM CAP. VI.

Qui ea quæ nō intelligunt, repræhendētes, lepram, vel  
scabiem, vel verticas legis esse dicunt, proximissimas figuræ  
sacramentorum, similes sunt hominibus, quibus displaceat  
ea, quorum non capiunt utilitatem, velut si surdus, videns  
moueri labia loquentium, tanquam superfluos oris motus,  
deformes que repræhenderet, vel si quisquam cæcus laudata  
fib⁹ aliquia domo, vellet palpando probare, quod dicitur, &  
patiētū leuitatem manu, per træctans, in fenestras corru-  
ret, cæque velut inconvenientes illi æqualitatib⁹, redargueret,  
cauteriatique ruinosas pittaret.

### LIBRO CONTRA DONATISTAS

CAP. V.

Non polluant malibonos, in eodem agro, in eadē area, ut malii  
in eisdē pascuis, in eisdē r̄tibus constituti, qui nō eis cō-  
municant boni, sed altari & sacramentis d e i. Communi-  
cant autem malis, qui consentiunt malis factorum. Scriptū  
est enim: Nō solum qui faciunt, sed qui cōsentīt faciētibus.

### LIB. I. contra CRESTONIVM, CAP. I.

Gg iii

## AUGUSTINI

Miles. Neq; propterea pro patria non est miles armatus, qui contra patriam non nulli arma sumperatur. Aut ideo ut non debent boni decti medici ferramentis medicinalibus ad salutem, quia his ad perniciem etiam indocti pessimisq; abutuntur. Quis enim nescit, sicut utilia vel inutilia fuerint ea quae queruntur: ita eloquentiam, hoc est, peritiam facultatemq; dicendi sic esse utiliem vel inutiliem, ut fuerint utilia, vel inutilia quae dicuntur? Quid nec te ignorare arbitror.

### CAPITE V.

**Malignus** Sicut malignus fasor peccati, etiamsi non persuaserit fasor pecunia merito deceptoris incurrit: ita fidelis iustitiae praedicator, etiamsi ab hominibus respiciatur, absit, ut apud Deum sui officij mercede fraudetur. **Kes** enim certa sit ad incentum. Incertum dico non primi faciens, sed animu audientis. Incertum est nobis viru afflensuris sit cui prædicatur veritas, sed certum est talibus etiæ veritatè prædicari oportet: certum est fideliter ea prædicatisbus retributione manere, siue suscipitur, siue spernatur, siue etiæ propterea quilibet temporaliter, aduersa patientur, dominus non suos certos fecit Apostolos, an essent eorum pacem suscepturn, quibus tam prædicarent, certos tamen fecerunt ut eam sine cunctatione prædicarent.

### LIBRO. II. contra Cresconium gramaticum. cap. 8.

**Ait** Cresconius: Dei quidem est dare incrementum, sed si- cut qui plantat, & rigat, non nisi colonus fidelis, & diligenter quaeritur: Sic etiā in sacramento baptismatis, non nisi fidelis & iustissimus operarius adhibetur. **Q** uasi vero quod infidelis colonus plantauerit, propter eius infidelitatem, non germinet vis feminis, & fecunditas terrae celiq; temperies, hanc efficaciam diuinitus non accepit, vel ad propagandas fructus plantatorem vel rigatorem operarium, tantummodo expectetur: quamente operetur, qualaboret intentione, non current, utrum agri dominum fideliter diligat, an sua, non illius lucra conqueratur.

### CONTRA CRESCONIVM GRAMATICVM LIB. IIII. CAP. IIII.

Nollemus quidem tāquā à proprij corporis iunctura p̄cidi, sed quādo tabescētis vulneris putredo pestifera plus habet in abscissione solaminis, quā in remissione medicaminis, in-

## SIMILIA.

236

**Ita** est causa salubrior, ne per cœta membra pestilēs irrepant Pestilens virus, ut cōpendialis de ore datum decedit vulnus.

### LIB. II. contra litera: Petilianī c. a. p. XXVI.

**S**i veris falso permiscas, hisdem saepe vestigij verū falsi. Veritas, ita imitatur: Si si hominē simulat pictura verū, quæ colori. Falsitas, hūs exprimit falsas facies veritatis. Sic sic speculi mitor vulnus. Pictura, tum rapit, ut revocet oculos intuitus. Sic sic efficit proprios Speculum, venientibus vultus, ut ipsa fibimet inuenient faciem venientis occurrat, tantumque valet immunda fallacia, ut ipsi se quæ Fallacia prævident oculi, quasi in altero fesse cognoscant. Ipsa quoque umbra cum scribit, imagines geminat, magna ex parte. Umbra, mendacio dividens unitatem. Nunquid ideo verum est, quia figura mentitur?

### CAPITE. XXIII.

Cum eadem luce & lani oculi perfunduntur, & sau- Lux. ej, illis adiumentum est, illis tormentum. Idem cibus alijs va Cibus. Ieiunis alit, alijs laedit. Idem medicamentum hos curat, Medicamentis illos debilitat. Eadem arma alios mununt, alios impedit, tum. Eadem vestis, alijs tegumento est, alijs implicamento: Sic & baptismus alijs valet ad regnum, alijs ad iudicium.

### LIBRO. II CONTRA DVAS EPISTOLAS PELAGIANORVM CAP. VI.

**S**i quispiā habens duos debitores, & alteri vellet dimit- Duo debiti ter debitum, alterum exigere, cui vult donar, sed neminem torcs. fraudar, nec acceptio personarum est, quando iniquitas nullæ est: Alioquin eis qui parum intelligunt, potest acceptio Vineæ ope personarum videri, ubi vineæ dominus operarijs, qui una rarij, hora illuc opus fecerunt, tantum dedit, quantum illis qui per tulerunt pendus diei & astus, æquales faciens in mercede, quorum tanta distans fuerat in labore. An non licet ei quod vult facere? Sic ergo hic nulla est acceptio personarum, ubi quia alijs sic honoratur gratis, ut alijs debito non fraudetur: Sic etiam cum secundum propositum DEI vocatur alijs, alijs non vocatur: Vocato datur gratia bonum, cuius boni est vocatio ipsa principium, non vocato, redditur malum: Quia omnes rei sunt ex eo, quod per unum hominem peccatum intravit in mundum. Cui vult misericordia, quæ vult idurat. Qui facit aliud vas in honore,

Gg iii

aliud in contumeliam.

## IN ENCHYRIDIO CAP. XXX.

Sese occi-  
dens.

Sicut qui se occidit, utique viuendo se occidit, sed se occidendo non vivit, nec scipsum poterit resuscitare, cum occiderit: Ita cum libero peccaretur arbitrio, viatore peccato, amissum est liberum arbitrium. A quo enim quis devictus est, hunc & seruus addictus est, Qualis vero potest esse serui addicti libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liber est ad peccandum, qui peccati seruus est. Vnde ad iuste faciendum liber non erit, nisi liberatus a peccato, esse institutio cœperit seruus.

## LIBRO LXXXIII. quæstionum, quest. LXXI.

Ceruorū  
natura.

De ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam transeunt, pascuarum gratia: sicut ordinant, ut onera capitum suorum, quæ gestant in cornibus, superinveniunt portent. Ita ut posterior super anteriorem, ceruice caput collocet. Et quia necesse est unum esse qui præcedens ceteros, ante se non habeat, cui caput in clinet, vicibus id agere dicuntur, ut lassatus sui capitum onere & cunctus, cui ferebat caput, cū ipse præiret. Ita iuuenient onera sua portantes, fretum transeunt, donec veniant ad terræ stabilitatem. Istam fortasse ceruorum naturam intèderat Salomon, cum ait: Ceruus amicitiae & pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum. Nihil sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio.

## DE GENESI ad literam imperfecto CAP. V.

Sicut in cætatu interpositioēs, certis moderatis; internullis quāvis vocū priuationes sint, bene tñ ordinantur aījs qui cantare sciunt, & suavitati vniuersæ cætilenæ aliquil confrunt. Et umbrae in picturis eminentiora quæ distingueunt, ac non specie, sed ordine placent. Nam & vitorum nostrorum nō est autem Deus, sed tamen ordinator est, cū in loco peccatores constituant, & ea cogit quæ merentur.

## DE GENESI ad literam VII. CAP. X.

Homo peccator bestijs simillimus efficitur &c.

## LIB. XI. quest. quest. LXXXII.

Sic est in animo beatitudo, vt in corpore sanitas. Quæ-

admodum in ipso corpore alia præcipitur medicina, ne bona valetudo imitetur, alia vero ut amissi recuperetur: Sic in toto statu hominis, alia tunc præcepta, data sunt, ne amitteret immortalitate misericordia nunc præcipiuntur, ut eam recipiat. Et sicut in via letudine corporis si quis præceptis medicis quibusdam eadem bona valetudo custodienda est, non obtemperando in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta ut sanari possit, quæ sapientia sufficiunt, si talis est in orbis, nisi adhibeat curam à medico quædam adiutoria plerumque; ipsa, & dolores importantia, quæ tamen valent ad recuperandam salutem. Vnde fit, ut homo quāvis inobtemperas medico, patiatur tamen adhuc dolores, non solum de ipso morbo nondum sanato, verum etiam de adiutorio medicinae: Ita homo per peccatum lapsus in huius vitae morbidam & calamitosam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo semperternam custodiret ac teneret salutem, secunda præcepta ræger accipit, quibus obtemperans ita evidenter non absurde dicitur iuste vivere, sed tamen mole Adiutoria stias quas patitur vel de ipso morbo nondum sanato, patitur medicinæ, vel de adiumento medicinæ.

## LIB. quest. V AD OROSIVM quest. LII.

Sicut arca de lignis cedrinis construebatur: Ita & ecclesia de sanctis constituitur, Quadratum enim in quacunque parte posueris, fortiter stat, & sancti quibuslibet tentationibus stabiles permanent, non aduersitatibus, non prosperitatibus cedunt.

## AD OROSIVM.

Sicut solem non videt oculus nisi in lumine solis: Sic verum & dominicum lumen non poterit videre intelligentia nisi in ipsius lumine, de quo inquit propheta: Domine in lumine tuo videbimus lumen.

## DE LXXXIII. quæstionibus

Vt enim visus oculorum si fuerit vitiosus, quicquid vide re non potuerit, adesse non putat. Frustra enim oculos circumstat præsens imago rerum, si oculis integritas desit: Ita Deus qui nusquam deest, frustra pollutus animus est, quem videre mentis cæcitas non potest.

## DE VERA innocentia.

Sicut oculi exteriores quiddam sunt carnis: ita mēs qdā animi, quod in eo scindū participationem diuinę ratio nis excellit, & tunc omnibus moribus eius bene praeſidet, cum superna luce radiatur, ut sit in ea lumen verum, quod iluminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

**L I B .** questionum vtriusque testa. quest. cx.

Sicut lignum iuxta aquam plantatum sterile eſſe non potest: Ita qui frequenter vbi legi Dei ſtudet, non potest eius operis non habere effectum. Lignum dat fructum tempore ſuo. Omnis plātatio fructum dat tempore competenti: Sic & hic qui legi Dei obtemperat, fructum habebit tempore pafinito. humore decurrentis aquæ vegetatum lignum, folia contineat ſua. Sicut ergo lignum auxilio decurrentis aquæ ſiccitatē non ſentit: Ita & hic qui legi Dei ſtudet, ac cedēt iētatiōe, pafio Dei tutus, nō amittit, ſed acquirit ſalutē.

**Q V A E S T I O N E . C X X .**

Sicut feruum iſi vſum fuerit, eruginem generat: Ita & anima, nisi frequentius diuinis exercitacōibus, naſcetur illi peccata.

**L I B . D E baptiſ. parvulorum.**

Quomodo p̄cipitum p̄r cīrcunciſiōē auferunt, manet tamen in eo quem genuerunt circūmcīſi: quomodo etiā palea quæ opere humano tanta diligētia ſeparatur, manet tamen in fructu, qui de purgato naſciuntur tritico: Ita peccata quod in parentibus per baptiſtūm eſt ablatūm, manet ēis quos p̄cuerunt.

**C I N L I B R O .** quest. vete. & no. test. q. c x x v i .

Sicut ad comparationem lucernæ tenet bræ non tantum obſcuræ, ſed etiā ſordidæ ſunt: ad comparationem autē ſtel larum, lucernæ caligo eſt: ad ſeſi comparationem, ſtellæ ne buloſæ ſunt: ad Dei autem charitatem, ſol nox eſt: Ita quæ ad nos licita & munda ſunt, ad Dei autem dignitatem illicta & quaſi immunda ſunt. Quanq̄ enim bona ſunt, Dei tamen perſonæ non competitor. Nunquid tunica mediocris homini quāvis munda, imperatorii tamē ſordida & illicta eſt: ſ.

Saxonicia militē & saxonicia ſenatori?

**C I N L I B .** qui iſcribitur ſP E C T U M P E C C A T O R Y M .

Vt thus nō redoleat niſi ponatur in igne: nec virt⁹ ſynā- Thus. piſ ſentitur, niſi conteratur in lapide: Ita nulla ſacræ ſcri- Sināpis. pturæ ſentitia viu ſuam declarat, niſi cocta in corde:

**C E N C H Y R I D I O .** ad Laurentium.

Sicut cum morbis ac vulneribus corrumpuntur corpora- Vulnera. ſa, quæ ſunt priuationes boni quod dicitur ſanitas: Ita & ani- morum quaſcunq̄e ſunt vitia, naturalium ſunt priuationes bonorum.

**C E R M O N E .** cxxxii. de ebrietate cauenda,

Corpora noſtra terrena ſunt. Q uemodo pluuij animiū Pluuij. grandis & diuturna ſi fuerit, terra confunditur, & in lutum reſoluta, vt nulla in ea cultura poſſit fieri. Sic & caro no- ſtra, quando abundantiori potu fuerit inebriata, nec ſpiri- talem cultrā accipere, nec fructus animæ neceſſarios po- terit exhibere. Et ideo, quomodo omnes homines, ſufficiē- tem pluuiam in agris ſuis accipere deſiderant, vt & cultrā veſtant exercere, & de fructuam vberitate gaudere: Ita & in agro corporis hi[n]c tamē deberent bibere, quod oportet, ne nimia ebrietate, ipsa corporis terra, velut in paludem conuerſa, magis vermes & ſerpentes viſitorum generare, q[uod] fructus honorum operum poſſit afferre. Omnes enim e- brioli ſales ſunt quales paludes, viſidentur ſerpentes, fan- paludes.

guifugæ, naſcuntur ranæ, & diuerſa genera vermium, que magis horrorem poſſunt generare, quām aliquid, quod ad viſum proficiat, exhibere. Herbae quæ in iſis paludib[us] vel circa ripas eorū naſci ſolent, nihil viſitatis habere vi- deuntur, intantum vt annis ſingulis incendio concrementur: Ita quod de ebrietate naſciuntur, igni præparatur.

Ebriosi piores animalibus.

sic vino exstūate, quicquid in imo iacet abditum, effertur  
& prodit in medium.

N n iii

Duntini  
morbis.

Quemadmodum diffciles faciunt oculos duntini morbi etiam ad minimam radij solis offendit. Ita ebrietates continet offerant animos.

EPIST. LXXXV.

Alimenta quae accepimus quandiu in sua qualitate perdurat, & solida innatant stomacho, onera sunt. At quū ex eo quod erat mutata sunt, tunc demum in vires & sanguinem trahunt; idē in his quibz aluntur ingenia prastem, vt quicunqz haud simus, nō patiamur integra esse, nec aliena sint, sed cōco quamus illa, alioquin in memoriam ibunt, non in ingeniū.

EPIST. LXXXVI.

Quomodo oculos maior & perfecta suffusio excæcat: sic modica turbat.

Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, nō seruum & domesticum & mite, natura enim illorum est surda suadenti: sic non sequuntur, non audiunt affectus quantum licetque sint.

Quemadmodum summū adiectionem nō recipit (quid Beata vita enim supra summi erit?) ita ne beata quidem vita, que sine summo bono non est.

Nō ex ebore tantū Phidas sciebat facere simulachra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisset, fecisset quale ex illa optimū fieri posset: Sic sapiens virutē si licebit in diuitiis explicabit, si minus in paupertate si poterit in patria, si minus in exilio, si poterit imperator, si minus miles, si poterit integer, si minus debilis, quamcumqz fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.

EPIST. LXXXVII.

Si aurū ex vrna sustuleris, quia illuc & viperā est, non inde mihi vrna aurum dat, quia viperā habet, sed aurū dat cum & viperā habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrum sit non quia turpe & sceleratum est sacrilegiū, sed quia lucrum habet, quemadmodum in illa vrna viperā malum est, non aurum quod cum viperā facet; sic in sacrilegio malum est scelus non lucrum.

EPIST. LXXXIX.

Prima lite Quemadmodum prima illa (vt antiqui vocabant) litaratura, per quam pueris elementa traduntur, non docet li-

berales artes, sed mox percipiendis locum parat: Sic liberales artes non perducunt animū ad virtutē, sed expediunt.

Quemadmodum est aliqua pars philosophiæ naturalis, phia, est aliqua moralis, est aliqua rationalis: Sic & hic quoqz lhe ralium artium turba locum sibi in philosophia vendicat.

EPISTO. xc.

Quomodo multū interuaritā & pecunia terest, cuius la cupiat hæc cōcupiscatur: Si inter philosophiā & sapientiā.

EPISTO. xci.

Quemadmodum aut omnibz indoles fortior fuit, & ad labores paratiō: Ita non erant genia omnibus cōsummata.

EPISTO. xcii.

Quemadmodum incommodorū onere usqz ad miserū nō deprimitur: Sic cōmodorū inopia nō deducit à beatissimo.

Solis vis & lux integræ est etiam inter opposita: & quandois aliquid interiacet, quod nos prohibeat eī aspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quoties inter nubila luxit, non sereno minor, nec tardior quidē: quoniā multum interest virtū aliquid obstat tantum, an impedit. Eodē modo virtuti opposita nihil detrahunt. Nō est minor sed minus fulget, nobis forsitan non æque appetit ac nitet, sibi cadē est, & more solis obscuri, in occulto viam suam exercet.

Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur, & spectat in celum: Ita animus cui in quantū vult, licet porrigit, in hoc à natura rerū formatus est, vt paria dijs velit, & sic vatur suis vitibus, ac se in spacium suum extendat.

Vt ex barba capillos detōsos negligimus: Ita ille diuinus animū egressurus hominē, quo receptu sūti conferatur, igit̄ illud exurat, an feræ distrahat, an terra cōtegar, nō magis ad se iudicat pertinere, q̄ secundas ad ædium infantem. Corporis

Quemadmodum in minore corporis habitu pōt hō esse per habitus. fact̄. Sic & in minori téporis modo potest eē vita perfecta.

EPISTO. xciv.

Quemadmodum qui iaculari dicit, destinatum locum Iaculari dicit, & manum format, ad dirigenda quæ mittit, cum iicens. hanc vim ex disciplina & exercitatione percepit, quoque illa vult vivit. Didicit enim non hoc ant illud ferire, sed quocunqz voluerit: Sic quise ad totam vitam instruxit,

N n iiiij

**Oculis op-** non desiderat particulatum admoneri, doctus in totum, non quomodo cum uxore ac liberis viuat. Si quid oculus oppositum moratur aciem, remouendum est: illo quidem non abiecto operam perdidit, qui præcepit. Sic ambulabis, illo manum porrigenis: Eodem modo ubi aliqua res obcæcat animum, & ad officiorum ordinem inspicidum impedit, nihil agit qui præcipit, sic viues cum parte, sic cum uxore.

**Minuta a-** Minuta quadam (ut ait Phædon) animalia cum mor-  
dant non sentiuntur, adeo tenuis illis & fallens in periculum  
vis est: timor indicat mortum, & in ipso tremore, nullū vul-  
nus appetet: Idem tibi in conuerteratione virorum sapientium  
cueniet, non deprehendes quemadmodum aut quando  
tibi proficit, profuisse deprehendes

**militie vin-** Quemadmodum primum militie vinculum est religio  
cula.  
& signorum amor, & deferendi nefas: tunc deinde facile &  
terea exigunt mandaturque ad iusserandum adactis: Ita in  
his quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundamen-  
ta iacienda sunt, & insinuanda virtus.

**Præcepta.** Nihil ergo proderit dare præcepta nisi prius amoueris  
obstania præceptis: nō magis quam proderit arma in con-  
spectu profuisse, propriusque admouisse, nisi visuræ manus ex-  
pediuntur, ut ad præcepta quas damus possit animus fol-  
uendus ire.

**Folia.** Quemadmodum folia virere per se non possunt, tan-  
tum desiderant cui inherent, ex quo trahant succum: Sici-  
sta præcepta si sola sunt, marcent, infigi volunt se &c.

**Oblivio.** Oblivisci quidē suorum, ac memoriam cū corporib. ef-  
fore, & effissime flere, meminiſſe parcissime, inhumani-  
estanimi: Sic aures, sic feræ suos diligunt quarum concitatus  
est amor, & pene rapidus, sed cum amissis totus extinguitur.

**Excitans.** Quomodo molitus est iucundum somnum videtur qui  
excitat, auferit enim voluptatem etiam si falsam, effectum  
tamen veri habentem: Sic epistola tua mihi fecit iniuriam,  
renovavit enim me cogitationi aptæ traditum, & iterum si-  
licuisse ulterius iuuabat de aeternitate animarum querere.

**EPISTOLA XCVI.****EPISTOLA C.****EPISTOLA C. III.**

Quemadmodum nictem mensibus nos tenet mater-  
nus vetus, & preparat non sibi sed illi loco, in quem vide-  
tur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare  
Sic per hoc spatium quod ab infantiā patet in senectūtem,  
in alium nature lumen partum:

**EPISTOLA C. V.****Frondes.**

Quemadmodum frondium iactura facilis est quia re-  
nascitur, sic istorū quos amas, quolq; oblectamēta viræ pu-  
tas esse, dannum, quia reparantur, etiam si non renascuntur.

Magnanimes nos natura produxit, & vt quibusdam ani-  
malibus ferrum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pa-  
uidum: ita nobis gloriosum & excelsum spiritum, queren-  
tem ubi honestissime, non ubi tutissime viuat, simillimum  
mundo, quem quantum in mortalibus passibus licet, sequitur  
æmulaturque.

**EPISTOLA CIX.**

Qui insolentia venit, licet non in hoc venerit, eolorabi-  
tur. Qui in vnguentaria taberna resedebunt, & paulò diu-  
ria taberna commoratis sunt, odorē in secum loci ferunt: Et qui apud  
philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod  
prodebet etiam negligentibus.

Quemadmodum spiritus noster clarorem sonum redit, cuim illum tuba per longi canalis angustias stratum, pa-  
tent ore nonissime exitu effudit: Sic sensus nostros clariores  
carmiū arcta necessitas efficit.

Quemadmodum ex amphora primum quod est syn-  
cerissimum effluit, grauissimum quodque turbidumque sub-  
sedit: Sic in aetate nostra, quod est optimum primum est.

**EPISTOLA CXV.**

Quemadmodum vniuersitatisque actio dicenti similis est: Actio.  
Sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores.

Quomodo cōiuniorum luxuria, quomodo vestiti, ægri Coniuicia.  
civitatis indicia sūt: Sic oratio licetia (si modo frequēs est)  
ostēdit animos quoque, à quibus verba exēunt, procidit.

Quomodo in vino non ante lingua titubat, quam mēs Vinum,  
cessit onus & inclinata vel prodita est: Ita ista oratio quid a  
hind q̄ā ebrietas est: nulli molesta est, nisi animus labatur.  
Idēo ille curetur, ab illo sensus, ab illo verba exēunt, ab illo

nobis est habitus, vultus incessus. Illo sano ac valente, oratio quoque robusta, fortis, virilis est.

## EPISTOLA C X V I.

VISUS OCULOSUM.

Quemadmodum visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari: Sic & nos, si faciem animi liberare impedimentum voluerimus, poterimus perspicere virtutem etiam obrum corporis, etiam paupertate opposita, & humilitate & infamia obiacientibus.

ARTIFEX.

EPISTOLA C X X I I.

Artifex instrumenta sua tractat ex facilis. Reector nauis scit gubernaculum flectere: Pictor colores quos ad reddendam similitudinem multos variosque ante se posuit, color me denotat, & inter ceram opusque facili vultu ac manu committat: Sic animal in omnem viam sui mobile.

AGILITAS.

Agilis spontaneus motus est. Adeo autem non adigit illa ad hoc doloris timor, ut in naturalem motum etiam dolore prohibente nitatur: Sic infans qui stare meditatur, & ferre se affluecit, simul tentare vires suas coepit, cadit, & cum fletu toties resurget, donec se per dolorem ad id quod natura poscit exercuit.

ANIMALIA.

Sicut infantibus: sic quoque animalibus principalis partis sensus est non satis dilucidus, non expressus.

INFANTES.

Nam & illa herba que in segetem frugemque ventura est, aliam constitutionem habet tenera & vix eminens sulco aliam cum convaluit & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, constituit: aliam cum flauescit, & ad arcum spectat, & spica eius induruit, in quam constitutionem quum venit, eam tuerit, in eam componitur. Alia aetas est, infantis, pueri, adolescentis, senis.

HERBA.

EPISTOLA C X X I I I.

Nam & illa herba que in segetem frugemque ventura est, aliam constitutionem habet tenera & vix eminens sulco aliam cum convaluit & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, constituit: aliam cum flauescit, & ad arcum spectat, & spica eius induruit, in quam constitutionem quum venit, eam tuerit, in eam componitur. Alia aetas est, infantis, pueri, adolescentis, senis.

AUCS.

Aucs quae conuiujs comparantur, vt immota facile pinguescant, in obscuro continentur: Ita sine villa exercitatio ne iacentibus, tumor pigrum corpus inuadit, & superbam umbram incis sagina succrescit.

SYMPHO-

RUA.

EPISTOLA C X X I X.

Quemadmodum qui audiunt symphoniam sentunt secum in auribus modulationem, illa ad dulcedinem canumque cogitationes impedit, nec ad seria pacit intendit;

Si adulatorium & prava laudantium sermo diutius harer auditur, nec facile est animo dulcem sonum excutere, prosequitur & durat, & ex intervallo recurrit.

## EPISTOLA C X X V.

Quemadmodum omnis scientia atque ars aliquid debet habere manifestum sensuque comprehensum, ex quo Scientia, oratur & crescat: Sic beata vita fundamentum & initium a manifestis elicit, & eo quod sub sensu cadit.

Quemadmodum omnis natura bonum suum nisi summa non profert: Ita hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est.

## IDEM LIB. D. DE L. PROUDENTIA.

Quemadmodum tot annos, tantum superne deiecho. Annos, ruminib[us], tanta mediterranorum fontium vis non mihi Fontes, rat saporem mari, neque remittit quidem: Ita aduersarium impetus terribilis viri fortis non vertitanum.

Solidissima pars est corporis, quā frequēs visus agitat. Præbedi fortuna sumus, vt cōtra illam ab ipsa duremur. Fortuna. Paulatim nos sibi pares faciat. Contēptum periculorum assiduitas periclitandi dabit. Sicut sunt nautica corpora ferendo Natura, manduca: Agricola manus trita. Ad excutienda tela milii- Agricolæ, tales lacerti vallent, agilia sunt membra cursoribus.

Nos est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequēs Arbor sollicitus incursat: ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt que in aprica valle creuerunt. Pro ipsis ergo bonus viris est, vt esse interiti possint, multum inter formidolosa versari, & æquo animo ferre quæ non sunt mala, nisi male sustinenti.

## IDEM LIB. DE IRA.

Vt furentium certa indicia sunt, audax & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, iacuitate manus, color versus, crebra & vehementius acta suspitia: Ita irascientium eadem signa sunt. Flagrant & micant oculi, multus erat toto rubor, exastuante ab imis precordijs sanguine labia quatuntur, dentes comprimitur, hirsute ac fibriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, at ticolum scipios torquatum sonus, gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus letimo præruptus, & complosa se-

pius manus, & pulsata humus pedibus, & totum concitum corpus, magna que irae minas agere. fceda visu & horrenda facies depe: auerntum se, atque intumescentium.

Haftilia.

Quemadmodum quedam haftilia detorta, ut corrigan<sup>m</sup>,

Ingenia.

Medicus.

Civitatis

rector.

Vt in

præ-

ceps

data

corpora.

Affetus.

Vitia.

Febres.

mecis

penitentia:

am

ireuocabilis

præcipitatio

abscidit,

&amp; no

licet

codem

peruenire,

quo

non

ire

licuisset:

ita

animus

si in

iram,

amorem,

aliisque

se

proiecit

affetus,

non

permittitur

reprimere

impetum,

rapiat illam

oportet,

&amp; ad imum agat

suum

pondus,

etiam

vitiorum

natura

proclivius.

Deinde non ideo vitia in usum recipienda sunt, quia ali-

quando aliquid boni effecerunt. Nam &amp; febres quedam ge-

nera valetudinis levant, nec ideo non ex toto illo caruisse

melius est. Abominandum remediij genus est, sanitatem debere

motivo. Simili modo ira etiam si aliquando vt venenum,

præcipitatio, &amp; naufragium, ex inopinato proficit, non ideo fa-

lutaris iudicanda est: saepe enim salutis fuere pestifera.

Vt exhalcerata &amp; ægra corpora, quæ ad tactus. leuisse -

mos geruntur: Ita ira muliebre maxime &amp; puerile vitiū est;

Placidus itaque sapiens, &amp; æquus erroribus, non hostis Sapiens.

sed rector peccantium, hoc quotidie procedit animo.

Multi mihi occurrit vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi asari, multi furiosi ambitionis agitati. Omnia Medicus,

ista tam propitius aspicet, quam ægros suos medicus. Nun Nauigium,

quid ille, cuius nauigium multum, vndeque laxatis compa-

gibus, aquam trahit, nautis ipsique nauigio irascitur? Occur-

rit potius, &amp; aliam excludit vindam, deinde aliam egerit, ma-

nifesta foramina præcludit, latentibus &amp; ex occulto senti -

nam ducentibus labore continuo resistit, nec ideo intermit-

tit, quia quantum exhaustum est, subnascat. Lento adiuto

rio opus est contra mala continua &amp; secunda, non ne desfi-

nant, sed ne vincant.

## CLIBRO II. de ira. cap. xviii.

Vt in corporum cura, alia de tuenda valetudine, alia de Corporu

restituenda præcepta sunt, aliter compescere, vt vincamus. cura.

## CAPITE LI.

Semper futurum aliquid, quod te offendat existima. Gu-  
bernator suaquam ita toros finis explicuit securus, vt non Guberna-  
tor: ad contrahendum armamenta disponeret.Vt omnia inter se membra consentiunt, qui singula ser Membra.  
vari totius interest: Ita homines singulis parcet, quia ad coe-  
sum geniti sumus.Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ latra - Nobilis  
tus minoritorum canum securus obaudit.

## CAPITE XXXIV.

Repugnes  
Pusilli hominis est & miseri repetere mordetem, vt mu Mures.  
res, & formicæ, ad quas si manum admoueris, ora conuer- Formicæ  
runt. Imbecilla se sedi purant, si tanguntur.

## CAPITE XXXV.

Quales sunt hostium vel ferarum cæde madentium, Infera mo-  
aut ad cædem euntium apèctus, qualia poëtae inferna mó-  
stra fixere, succincta serpentibus, & igneo flatu, quales ad  
bella excitanda, discordiamque in populos diuidendam,  
pacemque lacerandam deterrire inferi excunt furiae, talé no Furiae:  
bis iram figuremus, flamma lumina ardentiæ, sibilo magi-

tuq; & gemitu & stridore, & si qua his iniurior vox est, per strepentem, tela manu utraq; quatiem, neq; illite gerit secura est: toruam, cruentamq; & cicatricosam, & verberibus suis liquidam: incessu yesano effusam, multa caligine incurvantem, vastantem, fugantemq; & oculum odio laboratrem, sui maxime: si aliter nocere non possit, terras, maria, ccelum tucre cupientem, infestam pariter, iniuriamq;.

## LIBRO. II. de ira Capite I.

**Affectus.** Cetera vitia impellunt animos, ira præcipitat. Ceteris etiam si resistere contra suos affectus non licet, at certe affectibus ipsi sacer stare. Hęc nō secusquam fulmina procellaeq;, & si qua alia irrationalib; sunt, quia non sunt, sed cadunt, vim suam magis ac magis tendit.

## CAPITE. V.

**Pestilētia.** Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil potest fit mitas corporis, & diligēs valetudinis cura, promiscue enim imbecilla robustaque, inuidie: Ita ab ira tam inquietis moribus periculum est quamcompositis & remissis, quib; eo turpior ac periculosior est, quo plus in illis mutat.

**Tela.** Ut tela a duro resilunt, cum dolore cædentes solidaverintur: Ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit;

## CAPITE. VI.

**Sublimis animus.** Pars superior mundi & ordinator, & propinquus syderibus nec in nubem cogitur, nec in tempestate impelluit nec versatur in turbine, omni tumultu caret, inferiora fulminant. Eodem modo sublimis animus, quietus semper & in statione tranquilla collocatus, intra se premens, quib; ira contrahitur, modestus & venerabilis est & dispositus, quorum uibil inuenies in irato.

Quemadmodum per frequentia virbis loca properant in multis incurvantur est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi: Ita in hoc vita actu dissipato & vago, multa impedimenta, multæ querelæ incident.

## CAPITE. VII.

**Vitia.** Ut quædam in contactos ē corpore vitia transiliunt: Ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini traxit: Impudicorum cœtus fortē, & si licet viri

emollit. Ataritia in proximos virus suū trāstulit. Eadē ex diuerso ratio virtutū est, ut omne quod secū habet, mitigent.

## CAPITE. IX.

Confusis oculis profund virtentia, & quibusdā coloribus infirma acies acquiescit, quotundam splendore præstringitur. Sic mentes ægras studia leta permulcent.

## CAPITE. X.

Ut hulcerā ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicio nem tactus condolescunt: Ita animus affectus, minimis offendit, adeo vt quoq; salutatio, epistola, oratio, & interrogatio ad item eudcent.

Quemadmodū tempestatis ac pluviæ ante ipsas nocte venit: ita ira, amoris omniaq; istarū procellarū animos ve Procellæ. xantium sunt quedam prænunzia. Quæ comitali vito so comitalis lente corripit, ita aduentare valetudinē intelligit, si calor summa deseruit, & incertum lumen neruorūq; trepidatio est, si memoria sublabitur caputq; versatur, Soltis itaq; remedij incipientem casum occupant, & odore gustuq; quicquid est quod alienat animos repellit, aut somnis contra frigus rigoremq; pugnat: aut si parum medicina proficit vita uerunt turbam & sine teste reciderunt.

## CAPITE. XVI.

Omnis enim indignatio in tormentū suum proficit, & in Indigna- peria grauiora sentit, quo contumacius patitur: Sic laqueos tio- fera dum iactat affringit, sic ares viscum dum trepidantes Fera, excutient, plumbis omnibus illidunt.

Aues.

## CAPITE. XXV.

Proprium est magnitudinis veræ, non se sentire percus- do. Magnitu- sum: Sic immensus fera ad latratum canum lenta respexit: sic Fera: irius ingenti scopulo fluctus assulat. Qui nō irascitur in- concussus, in iniuria persistit, qui irascitur motus est.

## IDEM LIBRO. I. de clementia cap. II.

Sicut medicinæ apud ægros vius etiā apud sanos horror Clemētia. etiā clementia quis poena digni iuocet, etiā inocētes coluit.

## CAPITE. III.

Quemadmodum totum corpus animo desciuit, Corpus, & cum hoc tanto maius tantisque speciosus sit. ille in occulto maneat tenuis, & in qua sede latitet incertus, ra-

men manus pedes, oculi negotium illi gerunt, illum hæc cuitis munis, illius iussu faciuntur, aut inquieti discurrimus, cum ille iperauit, siue avarus dominus est, amare lucri causa scutatur, siue ambitiosus iamdudum dexteram flamnis obiecimus, aut voluntarie subsiliimus: Sic hæc immensa multitudo, vnius animæ circundata, illius spiritu regitur, illius ratione flebitur, pressura se ac fractura viribus suis, nisi consilio sustineretur.

## CAPITE. VIII.

**Fulmina.** Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnini metu: Animad - sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius tuerentes. quam nocent, non sine causa.

## CAPITE. XVIII.

**Crudeles Reges.** Quemadmodum domini crudelis tota ciuitate comonstrantur, inuisique & detestabiles sunt: Ita regum & iniuria latius patet infamia, atque odium seculis traditur.

## CAPITE. XX.

Quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit: Ita clementem vocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum qui cum suis stimulis exagitetur, non proficit, qui intelligit magni animi esse iniurias in summa potentia pati, nec quicquam esse gloriosius principe impugne leso.

## CAPITE. XXV.

**Serpentes.** Serpentes fallant, nec publice consequuntur: vbi aliqua solitam menitram transit, & in monitrum excrevit, vbi fontes potu inficit, & si affluit, deurit, obterrete quacunque incessit, balistis petitur. Possunt verba dare, & evadere pusilla mala, ingentibus obuiam itur. Si vno ager, nec domum quidem perturbat, at ybi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio ciuitatis, ac fuga est, & dijs ipsi manu intenditur. Sub uno aliquo teeto flamma apparet, familia vni cuique aquam ingenerunt. At incendium vastum, & multas iadomos depastum, parte vrbis obruitur,

## LIBRO. II. CAP. V.

**Religio.** Quemadmodum religio Deos colit, superstitione violat: superstitione Ita clementiam mansuetudinemque omnes boni praefabunt, misericordiam autem vitabunt. Est enim vitium pusil-

li animi, ad speciem aliorum malorum succidentis.

## CAPITE. VI. I.

Sapiens multa remitteret, multis patru sanii, sed sanabilis ingenij seruabit. Agricolæ bonos imitabitur, qui non tantum rectas bonasque arbores colunt, sed illas quoque quas aliqua depravauit causa, adminicula quibus reguntur administrante. Alias circumcidunt, ne proceritate rami premantur. Quædant infirmas virio loci nutrunt. Quibusdam aliena umbra laborantibus, cæcum apertur. Secundum hæc videbit perfectus sapiens, quod ingenium qua ratione tractandum sit, donec in rectum prava fleuantur.

## IDEM libro de BEATA VITA Cap. I.

Quandoquidem non eadem hic, quæ in ceteris peregrinationibus conditio est. In illis compræhensius aliquis limes, & interrogati incolæ non patiuntur errare. Athicæ triplissima quæque via & celeberrima maxime decipit.

## CAPITE. IIII.

Quemadmodum idem exercitus modo latius paditur. Exercitus modo in angustum coartatur, & aut in cornua, sinuata media parte, aut recta fronte explicatur, vis illi, vicinque ordinatus est, eadem est, & voluntas pro eisdem partibus stadi: Ita desideratio summi boni alias diffundi potest & porrigi alias colligi & in se cogi. Idem utique erit si dixerim. Summum bonum est animus fortuita despiciens, virtute latens: aut cum bonum. Et vis animi, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa, & conuersantium cura.

## CAPITE. IX.

Sicut in arvo quod segeti proscissum est aliqui flores intemascuntur, non tamē huic herbe quamvis delectet oculos. Flores, rati operis insumpsum est aliud fuit sereti popositum, hoc superuenit: Sic voluptas nō est merces nec causa virtutis, sed accessio. Nec quia delectat placet, sed quia placet delectar.

## CAPITE. XI. I.

Sicut deprehensi mari Syrtico, modo in sicco relinquentur, modo torre vnda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia imperatia & amore cœco rei. Nā mala pro boni percutitis periculosa est assequi. Ut feras cum labore periculosa venimus, & captarum quoq; sollicita possessio est: sepe enim laniat

Mare Syrticum.

**Felic.****Ygnator.****Miles.****Dcvm se-****Coactus.****Cörper.****Divitiz.**  
**Barbari.****Cireus.**

dominos: Ita habentis magnae voluptates in maguum malum eualeare, captaq; ceperit. Quæ quo plures maioresque, eo ille minor, ac plurium seruus est, quem felicem vulgus appellat.

Quæadmodum qui bestiarum cubicula indagat, & laquo captare feras magno aestimat, & magnis canibus circu dare satus ut illarū vestigia premat, potiora deferit, multis que officijs renunciat: Ita qui sectatur voluptatem, omnia postponit, & primam libertatem neglit, ac pro ventre de pendit, nec voluptates sibi emit, sed se voluptatibus vendit.

**CAPITE XXV.**

Vt bonus miles feret vulnera, enumerabit cicatrices, & Deum sequitur, transuerberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, quorū imperatorem. Habet in animo illud vetus, DEVM sequere. Quisquis autē cogitur, queritur, & plorat, & gemit, ipsa facere yī cogitur, & iniuitus rapitur ad iussā nihilominus. Quæ autem dementia est potius trahi quam sequi?

**CAPITE XXV.**

Quæadmodū qui pedib⁹ suis poterit iter cōficere, ascēdere tñ vehiculū malebit. Si pauper si poterit esse diues volunt, & habebit utique opes, sed tanquam leues & auolatas, nec vlli alij, nec sibi graues esse patietur.

**CAPITE XXVI.**

Quemadmodum corpus in proclivi retineri debet, in ardua impelli: Ita quedam virtutes in proclivisunt, quæ clivum subeunt.

**CAPITE XXVII.**

Ocioſi divitij luditis, nec procidetis illarum periculū: Sicut barbari plerūque inclusi & gnari machinarum, segnes laborem obſidentium spectant, nec quo illa pertingant, quæ ex longinquo instruuntur. Idem vobis euenit. Marcescit in vestris rebus, nec cogitat quod casus syndique immincent, iam iamque preciosaſ spolia latuki.

**CAPITE XXVIII.**

Non coloco res humanae sunt, etiam si statum vestrum parum noſtis, & vobis tantum oīi ſuperfiit, vt in probra meliorum agitare linguam yacet. Haec vos non intelligitis, & alienum fortunæ vestræ vultum geritis: Sicut plurimi quo-

in circo aut in theatro defidentibus, iam funesta domus eft, nec annuntiatum malum.

**CAPITE XXX.**

Nec illum erit admittura respub, si valetudo illum impe- rauis quaf dict, quomodo naue quassam nō deduceret in mare, quo- modo nomē in militiam non daret debilis: sic ad vitatu quā Nomē da- inhabilem ſciet non accederet.

**CAPITE XXXI.**

Quomodo res appetere sine villo virtutum amore, & ſi ne cultu ing enij, ac nudas adere operas minime probable est (miseri enim inter fe ista, & confundi debet) ſic imperfe Languideum ac languidum bonum eft, in oīiū ſine actu proiecta bonum virtus, unquam id quod didicit ostendens.

**CIDEM LIB. I, de tranquillitate vita Cap. II.**

Vt vlcera quedam nocitura manus appetit, & tactu gau Vlcera, dēt, & fecit corporū ſcabiem delectat, quicquid exasperat: nō aliter dix erim his mentibus, in quas voluptates velerū ma la vlcera erumpunt, voluptati eft laborē vexationē inque.

**CAPITE III.**

Vt quidam ſole & exercitatione curam corporis educunt Athletæ. Athletisq; vtilissimum eft, facertos fuos, roburq; cui ſe vendi cauerunt, maiore temporis parte nutritare: Ita nobis animum ad rerum ciuilium tutamen parantibus, in opere eft longe pulcherrimum eft.

Vt leonum animaliūq; impetus, catuis coēretur: ſic ho- Impetus. minum quorum maxime in ſeductu orationes ſunt, ita tamē delituerint, vt vbi cunque oīiū ſium abſconderit prodeſſe velit ſingulis, & vniuerſis ingenio, voce, conſilio.

**CAP. III.**

Vt ſalutaria, quæ citra gustum tactumq; odore proficiunt: ſalutaria. Ita virtus vtilitatem etiam ex longinquo & latens fundit, ſive Nirtus. potiuit & fruiuit ſuo iure, ſive precatios habet accessus, co- gitaturque vela contrahere, ſive oīoſa mutaq; eft, & agusto circumscripta ſive adaperta, in quo cunq; habitu eft proſit,

**CAP. VII.**

Vt in pefilentia cauendū eft, ne corruptis ſa corporibus, Pefilentia. & morbo flagrāribus affideamus, quia pericula trahem⁹, af- flatiq; ipſo in pxiimo laborabim⁹ ita ſi amicorū legēdis ige- nijs dabimus operā, vt quā minime inquinatos afflumamus.

O oij

Fertiles  
agri.  
Ut fertilis agris non est imperandum, cito enim ex-  
hauriet illos nūquā intermissa fecunditas: Ita animorum  
impetus assiduis labor frangit.

## CIDE M. LIB. II ad Serenum cap. i.

Tantum uer Stoices Serene & carteros sapientiam pro-  
fessos interesse, q̄tum inter sc̄mitas & mares, non immerito  
dixerim, cum vtraque turba ad vitæ societatem tantum  
conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio  
nata sit. Carteri sapientes vt molliter & blande, vt fe-  
re domestici & familiares medici ægris corporibus, nō qua  
optimum, & celestimum est: medentur, sed qua leet: Stoici  
virilem ingredi viam, nō vt amena incuribus videatur cu-  
rae habent, sed vt quā imprimum nos eripiant, iū illum adūta  
verticem educant, qui adeo extra omnēm teli iacūm surre-  
xit, vt supra fortunam emineat.

## CAPITE IIII.

Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis fer-  
dunita est, nec secari adamus, aut cædi vel teri potest, sed in-  
currentia vltro retundit: quemadmodum quædam non pos-  
sunt igne consumi, sed flamma circufusa, rigorem suū habi-  
tumque conseruant: quemadmodum proiecti in altum scopuli  
mare frangunt, nec c ipsi villa sauitice vestigia tot verberati p  
cellis ostentat: ita sapientis animus solidus est, & id roboris  
collegit, vt tam sit ab iniuria quā illa quæ reuelit.

## CAPITE IIII.

Vt coelestia humanas manus effugiant, & ab his qui té-  
pladirunt, aut simulachra conflant, nihil diuinitati noce-  
tur: Ita quicquid sit in sapiente proterue, peccante, super-  
be, frustra tentatur.

## CAPITE VII.

Vt intētam matrem deiçere aliquis casus potest, & emis-  
sata declinare: Ita iniurias qualecunq; pot aliqua res de-  
pellere, & in medio intercipere.

## CAPITE XI.

Nam & pueri os parentum feriunt, & crines matris  
turbant lacerauitque infans, & sputo aspersit, aut nuda-  
vit in conspectu sororū tegenda, & verbis obscenioribus nō

pepercit, & nihil horum cōtumeliam dicim⁹. Quare quia  
fecit, cōtemnere nō potest. Eadem causa est cur nos inācipio  
nū nostrorū urbanitas in dominos cōtumeliosos delectet quo  
rum audacia ita demum sibi in conuiujs ius facit, si cœpit à  
domino. Ut quisque cōticipſim⁹, & vt maxime ludibrio ē,  
ita solutissima lingua est. Pueros quidē in hoc mercātur p  
tates, & eorū impudicitiam accipiunt, & sub magistro habent  
qui probra meditate offundunt. Nec has cōtumelias vocam⁹  
sed argutias. Quanta autem dementia ex hisdem modis de  
lectari, modo offendit, & rem ab amico dicitā, maledictū vo  
care, à seruo iocularē conuiuū. Quem animū nos aduersus  
pueros habebimus, hunc sapiēs aduersus omnes, quibus etiā  
post iuentam canosq; puerilitas est. An quicquā illi profe  
cerunt quibus animi mala sunt, autēq; in maius errores, qui  
à pueritia magnitudine tantū formāq; corporū differunt.

Non immerito itaq; horū contumelias sapiens vt iocos  
accipit, & aliquando illos tanquam pueros, malo pœnāq; ad  
monet, & afficit, non quia accepit iniuriam, sed quia fecerūt, Pecora,  
vt desinant facere: Sic enim & pecora verbere domātur, nec  
irascimur illis cum sessore recusaūt, sed compescimus,  
vt dolor communiciāt vincat.

## CAPITE XIII.

Quis enī phrenetico medicus irascitur? quisne febricitatis  
& frigida prohibiti, maledicta in malam partē accepit? Hic  
affectionē aduersus omnes sapiens habet, quemadmodum  
aduersus ægros suos medicus, quorum nec obsecra si reme  
dio egent contredicēt, nec reliquias et effusa intueri de di  
gnatur; nec p furorē leuētū excipere conuiicia. Scit sapiēs  
oēs horū qui togati, pupuratiq; incediūt, valētes coloratosq;  
male sanos esse, quos non aliter videt q̄ægros intēperatos. I. Togati,  
taq; ne succēset qđē, si quid i morbo petulāt⁹ auti sūt aduer Purpurati  
sus medētē. Q uo aio honores eorū nihilo astimāt, eodē pa  
rā honorifice facta. Quādmodū nō placet sibi, si illū medi  
cus coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi honor plebis vī  
time salutanti muram salutationē non reddiderit, sic nec  
se suspicet quidem, si illū multi divites susperierint.

## CAPITE XIX.

Non respicit quid homines turpe indicēt, aut miseriū

Oo iii

## SENECAE

non ita quia populus, sed ut sydeia contrarii mundo iter inten-  
dunt: Ita hic aduersus opinionem omnium vadit.

IDEM LIB. DE BREVITATE VI-  
tae ad Pauli. Cap. I.

Sicut amplae & regiae opes vbi ad malum dominii puen-  
runt, momento dissipantur. At quis modice si bono custodi-  
trudit, sicut vnu crevit: ita pars nostra bene disponet multi-  
tum patet:

## CAP. IX

Quoadmodum quos aut sermo aut lectio, aut aliqua iterior  
cogitatio iter facientes decipit, pueris ante sciunt, quia ap-  
propinquasse: ita hoc iter vita assiduum & citatissimum, quod  
dormientes vigilantesque eodem gradu facimus, occupatis no-  
apparet nisi in fine.

LIB. AD POLYBIUM DE  
consolatione Cap. XXIIII.

Quod duces magni faciunt, rebus afflictis, ut hilaritate in-  
de industria simulent, & aduersas res adumbrata fatitia ab-  
scodant, ne militum animi, si fracta ducis sui mentem viderint, &  
ipsi collabatur: Id nunc tibi quoque faciendum est, induc dissi-  
milem animo tuo vultu, & si potes, projice omnem ex toto  
dolorum, sin minus intronsus abde, & contine ne appareat,  
& da operam ut fratres tu iuste imitantur, qui honestum puta-  
bunt quodcumque facientem viderint animumque ex vultu tuo  
sument, & solatium debes esse, & consolator illorum.

IDEM LIB. AD MARTIAM DE  
consolatione Cap. I.

Quemadmodum omnia yitia penitus insidunt, nisi du-  
surgunt oppressa sint: Ita quoque tristitia & miseria, & in se  
securia ipsa nouissime acerbitate paucatur, & sit infelicitis ani-  
mi, praua voluptas dolor.

## CAPITE VI.

Similiter vero cogita, non esse magni animi rebus pro-  
spers fortis gerere, vbi secundo cursu vita procedit. Nec gubern-  
atoris quidem artem, tranquillum mare, & obsequus vct' o-  
ficit. Aduersi aliquid incurrat oportet, quoniam probet.

## CAP. XVI.

Agricola. Agricola cures arboribus, quas aut ventus radicibus.

Actas.

Vitia.

## SIMILIA.

292

euulsum, aut cōtor⁹ repētino spētu turbo perfrigit, sobolē ex Turbe,  
illis residuā fouet, & amissarum semina statim plantasq; dif-  
ponit, & momento (nam vt in dampna, ita ad incrtaenta rapidū  
veloxiq; tempus est) adolescent amissis latiora.

## CAPITE XXIII.

Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur. Viuacior est  
qui cū lēta diffīciliq; materia commisus, fumoq; demersus  
exfordido licet, eadem enim detinet causa, quæ maligne a-  
lit: Sic ingenia quæ illustriora, breviora sunt. Nam vbi i cō-  
mento locus non est, vicinus occasus est.

## CAPITE XXIII.

Vt ignotarum urbium monstratus hospiti gratus est: Ita  
sciscitanti cōcelestium causas, domēticus interpres: & in pro-  
fundā terrarum promittere aciem iuvat.

## IDEM LIBRO AD ALBINAM matrem cap. III.

Q uemadmodum tyrones leuiter saucij non vociferan-  
tur, at manus medicorum magis quam ferrum horret: at ve-  
terani quamvis confossi patienter ac sine gemitu velut alic-  
na corpora excoriari patiuntur: Ita tu nunc debes te fortiter  
præbere curationi.

## CAPITE XI.

Si desiderabit aureis fulgentem vasim supellecitem, &  
antiquis nominibus artificum argentum nobile, æs paucoru-  
mæ insania pretiosum, & seruorum turbam, que quamvis magna  
domum angustet, iumentorū corporum differta, & coacta  
pingue scere, nationum omnium lapides, ista congerantur li-  
cer nuncquam explebunt inexplibilem animū, non magis q  
villus sufficit humor ad sanandum eum, cuius desideriū non  
est ex inopia, sed ex æstu ardentiū viscerū oritur, nō enim Humor.  
fitis illa sed morbus est: Non hoc in pecunia tantum aut ali-  
cōtis etenit. Eadem natura est in omni desiderio, quod mo Desideriū  
do non ex inopia sed ex vitio nascitur, quicquid eniat illi cō-  
gesseris, non finis erit cupiditas, sed gradus.

## CLACTANTIVS D'E FALSA

religione libro 1. Cap. III.

Sicut ne res quidem militaris nisi vnum habeat ducem Res mili-  
tares rectorem. Quid si in exercitutor fuerint imperato-  
res & duces, ac rectores, quot legiones, quot cohortes;

O oīiij

## LACTANTI

**Aries.**

quot cunei, quot alae, primum nec instrui potest acies, uno quoque periculum recisante, nec regi facile, aut temperari, quod suis proprijs consilijs vtantur omnes quorum diuersitates plus noceant quam prospiciunt. Sic in hoc rerum naturae imperio, nisi unus fuerit, ad quem totius summa cura referatur, vniuersa soluentur & corrueant.

**Potentissimus rex.**

Quis dubitet potentissimum esse regem, qui totius orbis habeat imperium? neque in merito, cum illius sint, que vbiique sunt omnia, cum ad eum solum omnes vndeque copiae congerantur. At si plures partiantur orbem, minus certe opum, minus virium singuli habebunt: cum intra prescripta portionem se quisque contineat. Eodem modo dicitur, si plures sunt, minus valebunt, alijs tantum in se habentibus.

**Dij plures.** **CAP. DE ORIGINE erroris II. cap. II.**

At enim praesentes non nisi ad imagines suas adsunt. Ita plane quemadmodum vulgus existimat, mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias obseruat. Sed postquam Deus ille praesto esse ccepit, iam simulachro eius opus non est. Quarto enim, si quis imaginem hominis peregre constituti contempletur sapientiam, ut ex ea solatium capiat absentis, num idem fanus esse videatur, si eo reuerso atque praesente, in contemplanda imagine perficeret, ea que potius quam ipsius hominis aspectu frui velit? Minime profecto.

**Imago hominis.**

Etenim hominis imago necessaria sum videtur, cum procul abesse, superuacua futura, cum praesto est. Dei autem cuius spiritus ac numen vbiique diffusum abesse nunquam potest, semper utique imago superuacua est.

**Domus.**

Sicut enim domus in vsum habitandi facta per se nihil sentit, dominoq[ue] subiecta est, qui eam fecit, aut scilicet: Ita mundus per se nihil sentiens factori Deo subiacet, qui eum in vsum sui fecit.

**Sol.**

Illibabilis est tanquam lux, & claritas solis: quia ut sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani.

**Faber.**

Vt igitur faber, cum quid edificatus est, non ipse facit materiam, sed ea vititur, quae sit parata, sicutque item cerea: Sic isti prouidentiae diuinae materiam praesto esse oportuit,

## SIMILIA.

293

non quam ipse ficeret, sed quam haberet paratam.

An tu si educaris in domo fabre facta, & ornata, nullā vñquā fabricam vidisses, domum illam putas nū ab ho- Fabrica: mine esse edificatam, quia quomodo edificetur, ignorares? Idem profecto de domo quereres quod nunc de mundo requiris: quibus manibus, quibus ferramentis tanta esset opera molitus: maxime si laxa ingentia, immensa clementia, vastas colunas, opus totum sublimis, & excelsum videres, nonne hæc tibi humanarum virium modum viderentur excedere? quia illa non tam viribus quam ratione atque artificio facta esse nescires: quod si homo in quo nihil perfectum est, tamen plus efficaciter quam vires eius exiguae patiantur, quid est, cur in credibile tibi esse videatur, cum mundus dicatur factus à Deo? in quo, quia perfectus est, nec sapientia potest habere terminum, nec fortitudo mensuram.

## CAPITE X.

Sicut sol, qui oritur die, licet sit unus (vnde solem esse appellatum) Cicero vult videri, quod obscuratis syderibus solis apparet; tamen quia verum, ac perfectæ plenitudinis lumen est, & calore potissimum & fulgore clarissimo illuminat omnia: Ita in Deo, licet sit unus, & maiestas, & virtus, & claritudo perfecta est.

## CAPITE XIII.

Et sicut ardere, ac vivere non potest ignis, nisi aliqua pin Ignis, qui materia tenetur, in qua habet alimetum: sic anima materia & cibus est sola iustitia qua tenetur ad vitam.

## CAPITE XVII.

Sicut enim mundus regi à Deo dicimus, ut à rectore prouinciam. Cuius apparitores nemio socios esse in regeda pro Apparatu dixit, quamvis illorum ministerio res geratur. Et hi res. tamē possunt aliquid præter iussa rectoris, per ipsius ignorantia, quæ est conditionis humanae. Ille autem praeses misit, Praeses mā & rector vniuersitatis, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil discepit, solus habet rerum omnium cum filio suo potestatem, nec est in angelis quicquam, nisi parendi necessitas.

## CAPITE DE FALSA SAPIENTIA lib. III. cap. xix.

Sicut vita ipsa bonum est, cum virtute vivitur, malum si Vita, cūscelere: Ita & mors ex pœnitentia vita aetibus pôderada est. Mors.

Recte rationis anima tam innuitare naturam statutus  
sui non potest, quam ignis aut deorsum nisi, aut in transuer-  
sum, fluminis modo, flammam suam fundere.

## CAPITE XX.

**Moderator** **Malus.** **Corpus.** **Cum enim non sentiat hūc mundū, tā mirabili ratione**  
**perfectū, aliqua prouidentia gubernari? Q uandoquidē ni-**  
**hil est, quod possit sine vīlo moderatore cōsistere: Sic dom-**  
**ab habitatore deserta dilabitur. Malus sine gubernatore abit**  
**peccatum. Et corpus relictum ab animo defuit, nedū quaten?**  
**tantam illam molem aut construi sine artifice, aut stare sine**  
**rectore tandem posse.**

**Miseratio-** **Cum enim natura hoīs imbecillior, quām cæterorū ani-**  
**maliū, quæ vel ad perferendā vim temporū, vel ad incursio-**  
**nes à suis corporibus arcendas naturalibus munimētis prouidē-**  
**tia naturalis armavit. Homini autem, quia nihil istorū datū**  
**est, accepit pro ipsis omnibus miserationis affectum: qui pla-**  
**ne vocatur humanitas, qua nosmet invicem tueremur.**

Nam si homo ad conspectum alterius hominis efferare  
tur, quod facere videmus animalium, quorum natura soliu-  
ga est, nulla esset hominum societas, nulla vrbium conden-  
darum vel cura vel ratio: Sic neq; vita quidem satis tuta cum  
cæteris animalibus exposita esset imbecillitas hominum, &  
ip̄si inter semetip̄sos beluarum more saevirent.

## LIB. IIII. de vera sapient. C. IIII.

**Matrimo-** **nū.** **Eodem modo, quo matrimoniū dici non potest, vbi**  
**mulier viros multos habet, sed hæc aut meretrix, aut adulte-  
ra nominabitur: à qua enim pudor, castitas, fides abest, virtu-  
te careat necesse est: Sic & religio decorum impudica est, &**  
**incerta quia fide caret, quia honor ille instabilis, & incertus**  
**caput atque originem non habet.**

## CAPITE XVI.

Sicut enim pluvia si ascendat in vellus, animal aduersi-  
non potest, quia strepitum non facit. Ita **CHRISTUM** in  
terram sine cuiusquam suspicione venturum esse dixit, vt iu-  
stitiam doceret & pacem.

## CAPITE XXXIII.

**Filiusvnicē** **Cum igitur & pater filium suum faciat, & filius patrem,**  
**dilectus** **vna vtrique mens, vnu spiritus, vna substantia est, sed ille**

quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo rius:  
sile tanquam sol, hic tanquam radius ex sole porrectus: qui  
quoniam summo patri & fidelis & charus est, non separatur  
sicut nec rius à fonte, nec radius à sole: quia & aqua fontis in **Sol.**  
riuſ est, & solis lumen in radio æque: neq; vox ab ore sciigi.  
ne virtus, aut manus à corpore diuelli potest. Cū igitur **Radius.**  
Prophetis idem manus Dei, & virtus & sermo dicatur, vtq;  
nulla discretio est, quia & ligua sermonis ministris est, & ma-  
nus, in qua est virtus, indistincta sunt corporis portioēs. Pro-  
prioē exēplo vt libet: Cū quis habet filii, quem vnicē dili-  
git, qui tamē sit in domo, & manu patris, licet ei nomendo  
mini, potestatemq; concedat, ciuilis tamen iure, & domus v-  
nius, & vnius dominus nominatur: Sic hic mundus vna Dei do-  
mus, & filius & pater, quia vniāmēs incolunt mundū, Deus  
vnius, quia & vnius est tanquam duo, & duo tanquam vnius.

## LIB. V. DE IVSTITIA Capite IIII.

Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere vim non po-  
test, ob stoutiachi teneritudinē, sed liquore factis ac mollitu-  
dine alitur: Ita & hūc oportebat, quia nondū poterat cape-  
re diuinā, prius humanat< etimōra off|ri, id est, philosopho
  
z & historicorū, vt suis potissimum refutaretur autoribus.

## CAPITE VIII.

Sicut vna, cædēque natura mundus omnibus partibus in Mundus.  
ter se cōgruentibus coheret, ac nititur: Sic oēs hoīs inter se  
natura cōfusi, prauitate dissentiunt, nec se intelligūt esse con-  
sanguineos, & subiectos omnes sub vnam eandemq; tutelā,  
quod si teneretur, Decrum profecto vita hominēs vixerent.

## CAPITE XV.

Deus enim qui hoīes generat & inspirat, oēs regnos, id **Homines.**  
est, parēs esse voluit. Eandem conditionē viuēndi oībus po-  
suit, omnes ad sapientiam genuit, omnibus immortaliatēm  
spopondit. Nemo beneficijs eius ecclēstib, segregatur. Nā  
sicut omnibus viuēcum suum lumen æqualiter dividit- emittit. Vnūcum la-  
tit omnibus fontes, vñctū subministrat, quietē somni dulcē- men.  
simam tribuit: sic omnibus equitatēm virtutemq; largitur.

## CAPITE XIX.

Quod si seruorum nequissimus habetur, qui dominū Seruorū ne  
sufuga deserit, isq; verbēribus, vinculis, ergastulo, & cruce quissimus.

& omni malo dignissimus judicatur, & si filius eodem modo perditus, atque impius existinatur, qui patrem suum dereliquerit, ne illi obsequatur: ob eamq[ue] causam dignus putatur, quod sit ex haeres, & cuius ne pacem de familia perpetuo delectatur, quia magis qui Deum deserit, in quem duo vocabula domini, & patris æque veneranda conueniuntur? Nā ille qui seruum precio comparat, quid in eum beneficij cōfert præterquam alimenta, quæ illi utilitatis sua gratia subministrat? Et qui filium generat, non haber potestate, ut cōcipiat, vt nascatur & viuat. Vnde appetet & nō cō illū patrē, sed tātumodo generādi ministrū. Quibus ergo supplicijs dignus est deserter eius, qui dñs venus & pater est, nisi quæ Dei ipse cōstituit? qui spiritibus iustis æternā parauit ignē, quod ipse per vates suos impijs, ac rebellibus compinatur.

## CAPITE XX.

Terrestris  
militia.

Imperator

Imperator  
Milites.

Deuotio.

Certame  
Ociūm.

Nā si, qui in hac terrestri militia regi suo fidem seruat in aliquo egregio facinore, si postea vix erit, acceptior fit & charior: si perierit, summam consequitur gloriae, quod produce suo morte occubuerit. Q[uod] tanto magis imperatori omnium Deo fides seruanda est, qui non tantum viventibus, sed & mortuis potest præmium virtutis exoluere?

## CAPITE XXXI.

Quomodo enim potest imperator militum suorum probare virtutē, nisi habuerit hostem? Et illi tamen aduersarius exurgit inuito, quia mortal is est, & yici potest. Deo autem quia repugnari non potest, ipse aduersarios nomini suo excitat: non qui cōtra ipsum Deum pugnat, sed cōtra milites eius, vt deuotionē, ac fidem suorum, vel probet, vel corroboret, donec pressuræ verberibus defluenter corrigit disciplinam.

## LIBRO. VI. de vero cultu Capite. IIII.

Nam sicut in hoc seculo, cum est propositum cum hoste certamen, prius laborandum est, vt sis postmodū in ocio. Esuriendū, sitiendū, astus, frigora p̄fresenda, humi' quiescendū, vigilandū, periclitandū est, vt saluis pignoribus, & domo, & re familiari, & omnibus pacis ac victoriae bonis perfri possis. Sin autem præsens ocium malueris quam laborem, malum tibi maximū facias necesse est. Preoccupabit enim aduersarius non resistentem, yaſtabunus agri, diripi-

tur domus, in prædam vxor, ac liberti venient, & tu ipse interficiere, ac capiere. Quæ oīa ne accidant, præsens cōmodum differendum est, vt maius, longiusq[ue] pariatur: Sic in omni hac vita, quia nobis aduersarium Deus reservauit, vt possemus capere virtutem, omittenda est, præsens voluptas: cū Stationes, hostis opprimat, vigilandum, stations agēdæ, militares expeditio- nes, fundendus ad ultimum languis. Omnia denique amara, & grauia patienter ferenda, eo quidem promptius, quo nobis imperator noster Deus præmia eterna pro laboribus constituit. Et cum in hac terrena militia tantum homines laboris exhaustant, vt ea sibi pariant, quæ possunt eodem modo perire, quod parta sunt: certe nobis nullus labor est recusandus, quo id acquiratur, quod nullo modo potest amitti.

## LIBRO. VI. de vero cultu Capite. V.

Sicut ergo in itinere celerando nihil prodest viam nos Conatus, nisi conatus, ac vires suppeditent ambulandi: Ita vero scie ac vires via nihil prodest, si virtus propria deficit.

## CAPITE IX.

Omnis enim iustitia eius similitus est humano corpori causa Humanæ put non habenti: in quo tametsi membra omnia & locis suis consentent & figura, & habitudine, inde quoniā dēest, id corpus caput nō habens. quod est omnium principale, & vita & omni sensu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent: viū non habent: tam scilicet, quām caput sine corpore, cui simili est: qui cura D E Y M non ignoret, viuit in iuste. Id enim solum habet quod est summum, sed frustra: quoniā virtutibus tanquam membris caret. Itaque vt sit viuum, ac sensibile corpus, & agnitus D E I necessaria est, quasi caput, & omnes virtutes quasi corpus. Ita fiet homo perfectus, ac viuu: sed tantum summa omnis in capite est, quod quamvis constare non possit sine omnibus, sine quibusdam tamen potest. Et erit quoddam virtuosum, ac debile, sed tamen viuet: sicut & is qui Deum nouit, & in aliqua re peccat. Dat enim veniam peccatis Deus, Itaque sine membris aliquibus viui potest, sine capite nullo modo.

## CAPTE. XII.

Si deorum cultores simulachra insensibilia excolunt, & viuentia,

## LACTANTII.

quicquid preciosi habent, ita ea conferunt: quibus nec possunt, nec gratias agere, qui acceperint: quanto iustus est & verius, viuētia Dei simulachra excolere, ut promovere inuenire viuentem? Quae sicut yūt habent, quicquid acceperūt & gratias agunt: Ita Deus, in cunctis conspectu bonum fecerit & probabit, & mercedem pietatis excoluet.

## Sentes.

Sicut in sentes ager, qui est natura socius, exuberans sic animus incultu virtutis sua sponte inualescentib. velut spinis obduecitur: Sed cum verus cultor accesserit: statim cedentibus virtutis, fruges virtutis oriuntur.

## CAPITE XV.

**Concita** - Nam ista concitationes animalium iuncto currit fitiones animalium sunt: in quo recte moderando summum rectotis efficiunt est ut viam nouerit, quam si tenebit, licet quam concitate erit: non ostendat. Si autem errauerit: licet placide, ac leviter eat, aut per confragos vexabitur, aut per precipitata labetur, aut certe, quod non opus est deficeretur. Sic eurus ille vitæ, qui affectibus velut equis perniciibus ducitur, si rectam viam tencat, fungetur officio.

**Aqua.** Sicut aqua quidem semper facens & quieta, insalubris, & magis turbida est: Sic animus immotus, ac torpens inutilis est, etiam fibi, nec vitam ipsam tueri poterit, quia nec faciet quicquam, nec cogitabit, cum cogitatio ipsa nihil aliud sit quam mentis agitatio.

## Sanus.

Neque enim si viatura aliquis oculorum acie clara, membris omnibus integris, corporis totius fortissima valetudine, tamen eum non dixerim sanum, si efferratur ira, superbia summis infestetur, libidini seruat, cupiditatibus impardescat: sed eum potius qui ad alienam felicitatem non attollat oculos, opes non admiratur, alenam mulierem sancte videat, nihil omnino appetat, non concupiscat alienum, non innidet nulli, non fastidiat quemquam, sit humilis, misericors, beneficis, unitus, humanus, pax in animo eius perpetua versetur. Ille homo sanus, ille iustus, ille perfectus est. Quid quis igitur his omnibus Dei præceptis ecclesiis obtéperauit, hic est viri Dei cultor, cuius sacrificia sunt mansuetudo animi, & vita

## Cultor.

## SIMILIA.

296

innocens & actus boni. Quae omnia qui exhibet, roties sacrificat, quoties bonum aliquid ac piuum fecerit.

## CAPITE VI. DE DIVINO.

### PRÆMIO, CAPITE IIII.

Mundus  
Si enim fecit mundum, fuit ergo sine mundo. Si regit, nō  
vtique sicut mens corpus regit, sed tamquam dominus domum  
manimq; gubernator, auriga currum: nec tamen iusti sunt  
ijs rebus, quas regunt.

## CAPITE IIII.

**Ineptus.** Quid est enim vel tam inepitus, vel tam ociosus ut aggreditur facere aliquid fructu, ex quo nullam utilitatem, nullum commodum speret? Qui domum aedificat, nō id circa aedificat, ut tantummodo domus sit, sed vt in ea possit habitari. Qui nauim fabricat, nō ideo assumit operam, vt tam nauis appareat, sed vt in ea nauigetur. Item qui vas aliquod instruit aut format, non propter ea id facit, vt tantum fecisse videatur, sed vt vas illud effectum capiat aliquid necessarium. Similiter cetera quæcumque fiunt, non vtique in supervacuum, sed vt vasis aliquot laborantur. Mundus igitur à Deo factus est, non vtique propter ipsum mundum. Neque enim aut calore solis aut lumine, aut aspiratione venturi, aut humore imbrui, aut alimonia frugum, cù sensu careat, indigeret.

Sicut Deus hominem ad vitam non nisi per virtutem, ac laborem vocat: Ita ille ad mortem per delicias, ac voluptates: & sicut ad verum bonum per fallaciam mala: sic ad verum malum per bona fallacia peruenit.

## CAPITE XXV.

Sicut autem dedit nobis oculos Deus, non vt spectemus voluptateq; capiamus, sed vt videamus ppter eos qui pertinet ad vitæ necessaria: ita genitalē corporis partē, quod nomine ipsū docet, nulla alia causa nisi efficiebat sibi accepimus.

## CAPITE XXIIII.

Sicut nihil prodest male viuenti anteactæ vitæ probitas Male viuētia quia superueniens nequitia iustitia opera deleuit: Ita nihil officium peccata vetera correcto, quia superueniens iustitia labem vitæ prioris aboleuit.

Denique muta quoque animalia cum fraude decipiuntur, si aliquo se modo in fugam extricauerint, fiant postmodum.

Vita.

Mors.

Oculi.

Animalia.

dum cautiōra vītātēs semper ea om̄ia, in quib⁹ dolos infidiasq; senserunt: Sic hominem p̄cūtentia cautū, ac diligētē facit ad euitādā peccata, in quē semel fraude dēciderit.

## LIBR. I. DE IRA DEI. CAP. XIIII.

**Sapientia.** Proposit⁹ enim bonis, malisq; tūm demum opus suum peragit sapientia, & quidem bonum appetit ad vīlūtatem, malum rejicit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt hominī, quibus frui posset, sic etiam mali, quae caueret. Nam si malum nullum sit periculūmque, nihil denique quod laedēt hominē possit, tollit omnis materia sapientie, nec erit homini necessaria: positis enim tantummodo in conspectu bonis, quid opus est cogitatione, intellegētū, scientia, ratione? Quocunq; porrexerit mātūm, id fina cœna naturæ aptum & commōdūm sit, vt si quis velut a p̄paratissimis infantes.

**Apparatus.** Apparatus lectori, scientia, ratione? Quocunq; porrexerit mātūm, id fina cœna naturæ aptum & commōdūm sit, vt si quis velut a p̄paratissimis infantes.

**Dominus.** Si quis dominus habens in familia seruos, bonum, ac mālum, non vīque aut ambos odit, aut ambos beneficij, & honore prosequitur, quod si facit, & iniquus & stultus est. Sed bonum & alioquātūr amice, & ornat, & domui, ac familiā, suisque rebus omnib⁹ p̄ficit: vt & hic exemplo careris sit ad non peccandum: & ille ad promerendum: vt alios metus coērceat, alios honor prouocet. Qui ergo diligit, & odit & qui odit, diligit: sunt enim qui diligēt, debent, sunt qui odio habent. Et sicut is qui diligit, confert bona in eos, quos diligit: Ita qui odit, irrogat mala ijs quos odio habet.

## CAPIT. VII.

**Philosophi.** Cū sēpē philosophi per ignorantiam vītatis à ratio- ne desciuerint, atque in errores incident inextricabiles: id enim solet his euenire quod viatori vīam nescienti, & nō factūse ignorare, vt vagatur, dū percontari obuios erubescit.

## CAPIT. XI.

**Potestas.** Si autem sunt multi, dum habent singuli potestatis aliqd. **Numen.** ac numinis, summa ipsa decrescit: nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum plurib⁹. Vnicuique tantum dēcerit, quantum careri possidebūt. Non possunt igitur

in hoc mūdo multi esse rectores, nec in una domo multi dñi. Vnitas, nec in nauī una multi gubernatores, nec in armēto, aut ḡe- geduces multi, nec in uno regimine multi reges, sed nec in celo quidem multi soles esse potuerūt: sicut nec animē plures in uno corpore: adeo in unitate natura vniuersa cōfentit.

## CAPIT. XVIII.

Sicut corpus humānū deus multis, & varijs sensib⁹ ad vñū Vnum est vītæ necessarijs instuxit: Sic & animo varijs attribuit affe- necessarij. At, quib⁹ vīte ratio cōstaret, vt libidinē producendæ gratia sobolis dedit: sic irām cohibendorum causa delectorum.

## LIB. VII. DE DIVINO PREMIO. CAP. I.

Quid voce clarius? aut quid vēto fortius? aut odore violentius? Hacten cum per aērem feruntur, ad sensusq; nostros veniunt, & eos potentia sua impellunt, nō cernūtur acie lumen, sed alijs corporis partibus sentiuntur. Similiter de vīs, non aspectu nobis, aliōne fragili sensu compre- Deus. hendendus est, sed mentis oculis intuendus: cū opera eius præclara, & miranda videamus.

Et vt lux esse sine igne non potest, sicut vita sine luce. Lux.

## CAPIT. XII.

Sicut oculus euēlūs à corpore, ac separatus nihil potest. **Oculus.** videre: Ita & anima separata nihil sentire, quia & ipsa pars Anima. est corporis: Falsum hoc & dissimile est. Anima enim nō pars corporis, scđ ī corpore est. Sicut id quod vase cōtinetur vas pars nō est, nec ea quae in domo sunt, partes domus es- se dicuntur: Ita nec anima pars est corporis, quia corpus vel vas animæ est, vel receptaculum.

## CAPIT. XIII.

Sed sicut in fidibus ex intentione netorū effici cōcor- dē sonum, atq; cātū, quē Musici harmoniam vocāt: Ita in corporibus ex compagine viscerum, ac vigore membrorum vim sentiendi existere: quo nihil dici delicius potest.

## LIBRO DE IRA DEI

## Cap. xv.

Denique ipsum mundum ex duobus elementis repugnā- tibus & invicē copulatis esse concretum humido & igneo: nec potuisse lucem fieri nisi & tenebræ fuisse: quia nec su- perum potest esse sine infero, nec oriens sine occidente, nec

Pp.

calidum sine frigido, nec molle sine duro. Sic & nos ex duobus aequi repugnab⁹ compati sumus, anima & corpore: quorum alterū ccelo ascribitur quia tenuē est, & intratibiale: alterū terræ, quia comprehensibile est. Alterum solidū & aeternum est, alterū fragile atque mortalē. Ergo alteri bonum adhaeret, alteri malum. Alteri lux, vita, iustitia, alteri tembrae, mors, iniustitia.

## CAPITE.XVII.

Contem-  
pus heri-  
lis.

Stupor.

Subiecta  
coercere

Archite-  
ctus.

Aedifica-  
tus.

Si quis habeat rem, dominum, familiam, seruū: eius contemnentes patientiam dominii, omnia inuaserint, ipsi bonis eius fruantur, ipsos familiā eius honoret, dominus autem contemnatur ab omnibus, deridetur, relinquantur: utramque sapiens esse possit, qui contumelias non vindicet, suisque rebus eos perfueri patiatur, in quos habeat potestatem? Quæ tanta in quoquam patientia reperiri, si tamen patientia nominanda est, & non stupor quidem insensibilis. Sed facile est ferre contemptum, Quid si fiant illa, quæ à Cicero dicuntur? Et enim quero si qui pater familiās libertatis suis à seruo intercesserit, vxore occiso, incensa domo supplicio de seruo nāquam acerrimum sumpergit, utrum is clemens, ac misericors, an inhumanus & crudelissimus esse videatur? Qod si eiusmodi facinorib⁹ ignoroscere crudelitatis est potius quia pietatis, non est ergo virtus in Deo, ad ea, quæ iniuste sunt nō cōmoueri. Nā mundus tanq⁹ dei dominus est, & homines tantū serui, qui bus si ludibrio sit nomē eius, qualis autquā patientia est, ut honorib⁹ suis cedar, prava & iniqua fieri rideat, & non indigetur, quod p̄ priū & naturale est ei, cui peccata nō placet.

Nam sicuti nos potestati nostræ subiectos coēcere debemus. Ita etiam peccata viuēs forum deus coēcere debet, quod vt faciat, irascatur necesse est, quia naturale est bono ad alterius peccatum moueri & incitari.

## LIBRO DE OPIFICIIS CAP.VI.

Si peritus architectus, cum magnum aliquid ædificium facere constituit, primo omnium cogit, ut quæ summa perfectus. Et iædificij futura sit, & ante emetitur, quem locum leue possumus. Ita etiam peccata viuēs forum deus coēcere debet, quod ut ibi magni operis statura sit moles, quæ collinarum internalia, qui aut ibi aquarum cadentium decursus, & exitus receptacula. Hæc inquam prius prauidet, ut quæ

que sunt perfecto operi iam necessaria, cum ipsis fundamē- Fudamenta? tis pariter ordiatur: cur Deum quicquam putet machinādis animalibus non ante prouidisse, quæ ad vivendum necessaria esse ent, quām ipsam vitam daret?

## CAPITE.VIII.

Quantulum enim videro possemus, si mens ab intimis Rituulis, peneribus capitib⁹ per exiguis cavernarum rimulas atredet, ut si quis veller transpicere per cicatram, nō plus proficit. Cicuta. Et cernat, quām cicuta ipsius capacitas comprehendat.

## CAPITE.XV.

Et ideo verisimilior est illa sententia: stipatum spiritum cum obstantia faucium fuerit illis, sonum vocis exprimere Spiritus. veluti cum in patentem cicatram, labro que subiectam dimit Obstantia timus spiritum, & is cicuta concavo percussus, ac reuolu- faucium. tis à fundo, dum descendētem occurſu suo reddit ad exitū Cicuta. nitens, sonum gigrit, & in vocalem spiritum resiliens per se ventus animatur.

## CAPITE.XVI.

Sicuti in fidibus, cum aliiquid aut interceptum, aut relatum est, omnis canēdīratio turbatur, & solvitur: ita in cor Canendi pore pars aliqua membrorum duxerit vitium, destrui, vniuersa corruptisque omnibus atque turbatis, occidere sensum cāmque mortem vocare.

## CAPITE.XVII.

Non enim, si anima sanguine aut per vulnus effuso, aut februm calore consumpto, videtur extingui, continuo in materia sanguinis anima ratio poneada est: veluti si veniat in questionem, lumen, quo vitur, quid sit, & respondeatur o- Lumen, leum est esse, quoniam consumptio illo lumine extinguitur: cum Olca, sint virique diuersa, sed alterum sit alterius alimentum.

## CAPITE.XX.

Latet autem mens oppresa somno, tanquam ignis obduscinere sopitus: quem si paululum communiqueris, rursum ardescit & quasi euigilat.

## CAPITE.XX.

Nam vt victoria constare sine certamine non potest. Victoria sic nec virtus quidem ipsa sine hoste. Ignis.

## IN LIBRI Lact. Accephali.

Agri.  
Scitentes.

Sicut in rudibus agris priusquam serere incipiās, euulsiſ ſentibus & ornaſ ſtirpiū radicib. épuratis arua purgāda: Sic de noſtriſ animiſ prius vitia detrahenda: & tunc demum virutes inſerenda, de quibus ſeminatae per verbum Dei fruges immortalitatiſ orientur.

Sicut ſi fortiſime pro patria dimices, bonum eſt: ſi contra patriam, malum. Sic & affectus ſi ad viſus bonos habeas, virtutes erunt: ſi ad malos, vitia dicentur.

Dēm' eſta ædificatur nō ad hoc ſolū, vt fit dom⁹, ſed ut ſuſcipiat, & tuetur habitatē. Itē naruiſ fabriſtatur non ad hoc vt nauis videatur, ſed vt in ea poſſint hominiſ nauigare. Vaſa aut̄ fiunt, nō vt vaſa ſint ſolū, ſed vt capiat, quæ ſunt viui necessaria. Sic & mundum Deus ad viſum aliquem fecerit neceſſe eſt. Stoici autem cauſa hominiſ faſtum eſſe: & roſte.

### SPICILEGIA, SIMVLE RAMENTA.

#### LECTORI.

Carpe ſpicilegia, ramenta eis congere, ſaþe  
Quæ non nobleſtant ſingula, multa iuuant.

#### ORIGENES homil. 1. in Psalm. 6.

Fœnum. Sed & hoc iſipſum quod ait, quia ſicut fœnum cito arescet Maligni (malignantes ſcilicet) non arbitror otiosum cur ſeno eos comparauerit, cū vtique & alia poſſit eſſe materia cui comparentur hi qui malicioſe egerunt. Fœnum mutorum & irrationabilium animalium cibus eſt. Fortassis contra rationē & ſapienſiam dei viuum, ſequuntur eos qui in malicia principes ſunt, & ex illorum vita vel actibus vefci dicuntur, qui buſ obediunt: idcirco eos & ſeno comparauit. Nemo enim prudens ab illis ſumit exemplum. Nam ſicut vir prudens qui audiit verba domini & facit ea, iſte eſt qui manducat panem illum qui de celo descendit, & Ies⁹ eſt cibus ei pro eo quod ex verbis eius paſcitur & in mandatis eius viuit: ſimiliter & hi qui in malitia eminentes ſicut fœnum efficiuntur iſi qui ſibi obtemperant, vel aemulationem ſui ad nequitia gerunt.

Similia autem etiam de hoſteribus herbarum intelligenda holera herbarum, ſunt quibus comparantur hi qui faciunt iniqutatem, pro eo quod velociter tranfeant.

#### GREGORIVS NAZIANZENVS ORA

##### tione xi. de pace.

Malitia, natura eſt expedita & vehemens, ad deterius ictus, torrens per pronū decurrens, aut calam⁹, qui perſcindit, terram & vētum faciliter ſucceditur ſuoq; cōſumit germe. Calamus Ignis enim materiæ ſcetus eſtit, qui & materiam cōſumit, Ignis, quemadmodum malitia malos & cum ſuo abit nutrimento.

#### APOLoGETICO.

Sicut ſi aridae quis ſtipulae ſcintillam ignis injiciat, qui inſuper etiam ventis ſpirantibus animetur: Ita velocius malitia parua ſcintilla conſiditur, quam virtutis ignibus vel accēdi vel coaſcere poſſimus. Nam & melli pluſimo cum paru abſynthio inſectum velociter amaritudinem trahit. Mellis vero ſi duplum injiciatur abſynthio, non poſterū cius obtinenduſcedo.

#### PAVLINVS EPISTOLA. vi. ad Scuerum.

Sicut granum ſinapis, de quo ſemine ſumimus, ſi concretaatur, accenditur, magis autem tum demum in vim ſuam excitat⁹: Sic nos reſpōdere debemus in hoc nature noſtrae, vt aduersiſ ſocuti in ardore camuimus ad fidem, & eos qui infecunt, ſicut granum ſinapis.

#### CYPRIANVS LIB. IIII. epiftola ad Magnum.

Neque enim ſic in ſacramento ſalutari delictorū contagijs vt in lauacro carnali & ſeculari ſordes cutis & corporis adluuntur, vt & ſapone & nitris, & careriſ quioq; adiuvementis & dolio & pifcina opus ſit quibus ablui & mundari corporiſum poſſit. Alter pectus credentiſ abluit, alter mēs hominiſ per fidei merita mūdatur. In ſacramēta ſalutari bus neceſſitate cogente, & Deo indulgentiam ſuam largiſſe totum creditibus conſeruent diuina compendia.

#### AD NOVATIANVM in epiftola.

Ex illa igitur arca emittuntur duæ aves, corax & columba. Qui corax vere homiū ſimundorum, & in tenebris perpetuis futurom per ſeculatam viam, & immunda veſcentiū apostatarū futurom, & ad eccleſiam ſe vltra nō ver-

Pp iij

## CHRYSTOMI

tentium, figuram portabat, quem sicut legentes inuenimus emissum, & non amplius reuersum. Huic ergo autem id est immundo spiritui, quiq[ue] fuerint similes inuenti, ad ecclesiā amplus reuerti non poterunt, qui etiā voluerint, dominus prohibebit, qui Moysi præcipit dicens: Omne varium & immundum ejus foras extra castra. Columba autem emissā in continentē significatur reuera, eo quod requiem non haberet pedibus suis, quam Noe recepit in arcā, & post septimū diē iterato emissā, receperit eā portatē suō oīua folium.

## CYRILLVS XIII. LIB. IN LEVITICVM.

Possimus addere etiam illud, quod natura peccati similitus est materie, quae igni consumitur, quam adificari Paulus apostolus a peccatoribus dicit, qui supra fundatum ē H R I S T I adificant ligna, fœnum, stipulam In quo manifeste ostenditur esse quedam peccata ita leuia, vi stipulae comparantur, cui vtique ignis illatus dum non potest immorari. Alia vero fœno esse similia, quæ & ipsa non difficiliter ignis absumat, verum aliquanto tardius quam stipulis immoratur. Alia vero esse, quæ lignis conferuntur, in quibus pro qualitate criminum, diutinum & grande pabulum ignis inuenias. Ita ergo vnumquaque peccatum pro qualitate vel quantitate sui peccarum iusta persoluit. Veruntamen quid opus est fidelibus, & his, qui cognoverunt Deum, de peccatum qualitatibus cogitare? Quid opus est ligna, quid fœnum, quid ipsam stipulam ad fundatum Christi supponere? Cur nō magis aurum vel argentum, vel preciosos lapides pretioso superponimus fundamento, vbi quum ignis accesserit, nihil inueniat, quod absumat. Nam si accesserit ad stipulam ex stipula faulā reddet, & cineres. Si vero ad aurum accesserit, aurā pri' reddet. Hoc nobis dicta sunt pro ijs qui negligunt oris maledici consuetudinem resicare: qui si non ex corde maledicant etiam si non voto & animo iniquo proferrant maledicta, tamen immunditiam labiorum secundum Esaiæ verbū, & inquinamenta oris incurvare.

## CHRYSTOMVS HOMILIA IIII. in Matt.

Quoniam igitur modo ab hac tam noxia peste fugiemus illam vtique potionē bibamus, quæ omnes intra nos vermes serpentesq[ue] mortificet. Et quodnam, inquires, istud est

Fœnum.  
Stipula.

Ligna.

## SIMILIA.

300

poculum? Preciosus scilicet ē H R I S T I sanguis, si cū fiducia vtique sumatur. Omnis enim hoc remedio morbus extī CHRISTI guitur, post hoc sanctarum quoque scripturarum diligens sanguis, & deuotus auditus, & misericordia auditui copulata. Per hæc enim omnes mortificari illæ possunt, quæ animam nostram tabefacient passiones. Et tunc vere vita ac sanitate Passiones, potierunt, qui certe nunc nihil ferre à mortuis discrepamus. Neq[ue] enim possibile est, nos vere vuere, nisi i nobis vicia oratione moriantur. Hæc necessario nos perimit in futuro, si nos vivere hic illa patiamur, quinimo etiam ante illam mortem hæc exigunt à nobis horrenda supplicia. Siquidem vniuersitate hæc vicia & crudelitatis plena sunt, & auiditatis, nosq[ue] quotidie deuorare non desunt. Itaque dentes eorum non immiterio esse dixerim dentes leonum, imo etiam leuiores. Nā Dentes leo quidem simul ut fuerit expletus, semesum continuo cadaver relinquit, hæc verò vicia nec satiavit aliquando, nec Leo ab anima nostra vñquam recedunt, caputq[ue] à se hominem diabolo simillimum faciunt, Quoru[m] certe tanta vis est, ut seruitum quod Christo Paulus impedit, sibi potius à sui captiuis exigant. Nā si vel amore corporum, vel cupiditate pecuniarū, vel gloriæ aliquis delectatione capiatur, & regnū, & gehennā continuo contineat, dummodo vitij obsequatur.

## HOMILIA DE NATIUTATE ESAU & IOCOB.

Molesta enim famæ est, quæ ad hoc saginatur ut perdat Fames. Pernitiosa esuries, quæ iecirco excludit, ut peior in hominibus. Esuries, ne nutritur, quoniam damnoſa mercatio, si salus pro cibo Mercatio, impeditur, aut magnis vilia comparantur.

## HOMILIA DE ABSALON, VBI DAVID PATREM PERSEQUITVR &c.

Vbi iam solarium patres, vbi praesidium genitores inuenient, si filios senserint parricidas: Aut quando externa apta Particida sunt, si domestica nobis obſistunt Bestiae & mutat pecudes Bestiae, pietatis iura conseruant, & quibus natura denegat rationē, Pietas, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere nefas est, patrem occidere scelus, prophetam iugulare facinus inauditus & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum.

## IN IOANNEM HOMILIA LXXXV.

Si aſini Deus loqui fecit, & per vate bñdictio[n]es spūa-

Pp iiii

## CHRYSTOMI

Ies largitus est: multo magis per sacerdotes; etiam si prauis sint, Deus efficiet omnia.

### HOMILIA LXVI.

**Ancilla. Dominia.** Ut ancille voluptas, dominæ merenti nihil confert. Nec vestis magnifica debili corpori: Ita nec anima quicquam confert, licet corpus florescit, omnibus bonis fruens.

### DE COMPUCTIONE cordis lib. I.

**Febribus tentati.** Ut homines ægri cū multis febribus aguntur, si in aquas semetipos frigidas immergerunt, ad præfens quidē aliquid videntur sibi quæsiſſe solatij, multiplicatas vero corpori suo flammis februm reparaunt: Ita & nos agimus cum conscientia stimulamur peccatorum, & in Euryptum nos vel lacus contritos prauæ intelligentia precipitamus.

### IN EPISTOLA AD GALA.

**Malis se subducens** Ut enim qui se subducit malis, non criminatione mereatur, sed coronam promeretur: Ita qui violenta morte, seu laqueo, seu alijs medis vitam abrupuit, hunc haudquām æquum fuerit in crimen vocari: iuxta vestram sententiam.

**Aegrotantes. Marcionistæ.** Attamen quod accidit aegrotantibus, dum salubribus cibis offenduntur, hoc idem vñi venit Marcionistis. Arripiunt enim quæ dicit aucthor, ac dicebant: Ecce Paulus etiā ipse dixit non esse aliud Euangelium.

Quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit: Ita mens prauarum cogitationum confusione perturbata, idem pati conseruit. Itidem & qui laborauit infania, alias pro alijs rerum species se videre credunt.

### IN IUSTUM ET BEATUM

#### IOB, DE patientia, Sermone I.

**Pelagus.** Quemadmodum sanæ mentis nemo audebit vñquām maris pelagus humanis pertransire pedibus: Sic nec ex sapientibus quisquām summeque pertus tentabit quandoque pares nobilis, terque beatæ animæ videlicet IOB laudes audientibus enarrare.

### SERMO III.

Quemadmodum principes quando cum honore quidem quosdam ad se vocari iubent, cursores Romana lingua vocatos mittunt: quando vero cum dedecore aliquid trahi, alios emittunt crudeles ac duros milites: Sic & Deus, san-

## SIMILIA.

301

Etis quidem ad salutem anglos mittit: cu verò punire vult, id dæmonijs permittit.

### SERMO III.

Quemadmodum morbi ipsam patientia diffugiūt me Morbi, delam: Sic supremæ calamitatis passiones omne solatium Calamitas, fomentumque repellunt.

Quemadmodū si quis apostematis morbo circumuenit. Apostematus, ferro recidatur à medico, non habens quomodo recidēti aduersetur, circumstantia tangit, atqz astates mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem manum extendere non valens: Sic & Job blasphemizæ magnitudinem Blasphemans, facit in animis iniuriam, atque fiduciam animi passim. adauget, non contra Deum audens, sed se diemque accusans. Maledicti autem non creaturam, sed sui ipsius dicunt. Pereat, inquiens, dies in qua natus sum &c.

### DE POENITENTIA. SERMONE I.

Si crapulam ebrietatemque timeri oportuit, non ictioniū timeri debet. Illa siquidem nostras post terga manus, virtutum tyrannidi veluti prauæ cuidam domis, seruos nos captiuosque reddit: Ieiunium vero seruos existentes nos atque ligatos inueniens, vincula remittit, ac tyranni de liberat, pristinamque in libertatem redit.

Quemadmodum anima pigritans & negligens, quam mulum ad penitentiam temporis accipiat, nihil ope diligens, eur magni méque sibi ipsi Deum per desidiam conciliat: Sic qui proposito excitato ferunt, atque multa cum solertia poenitentiam ostendit, breui temporis momento longui temoris peccata deleter poterit.

Quemadmodum qui grauitate capit, ebritateque tenentur, stulte simpliciterque feruntur, quamvis precipitum, Grauitas & aliud quid simile subsit, infra concidunt in caute: Sic qui peccati, corrunt in peccatum, veluti prauæ ebrietate, actionis desiderio detent, nesciunt quid faciunt, non praesentia, non furura præudentes, veluti seruus fidelis & prudens, conseruum inueniens fugientem, quasi quid ex domini bonis surripuerit, nusquam ab eo recedit, millēqz impedimenta ingerit recipientibus illum quoad ipsum vendicans reducit. Sic & mare, conseruum inueniens suum, nimis longam & cognoscēs,

mille impedimenta excitat, turbans, clamans, non in iudicium trahens, sed comminans naevem ipsius demergere cum narratis, nisi conseruum sibi prodiderit.

Ingurgitatio.

Pudica or-

Ieiunij laus

Medici.

Corrupti humores.

Crapula.

Qui in male se cibis insunt, cum asperas sunt medicinas accepturi, si nimia fese fecerit, atq; sic medicina accipiunt, asperitate quidem illa pertulerit, vilitate vero exciderunt, sacerdum medicinae facientes diuinationem ad corrupti humoris malitiam, quamobrem medici eos in cōnotos dormire mandant, quod virtus totius medicinae quamprimum atq; illico morboſis occurrat humoribus. Sic & ieiuniū cōtingit.

Si temetipsum hodie multa obrueris ebrietate, crastina versus eam acceperis, quae ab illo est medicinam, hacten profecto vanam inutilēque effeceris, & laborem quidem pertuleris quod vero ab illo fuerit, nequaquam assequeris, re ipsa in re centem ebrietatis malitiā eius omnem consumente virtutē. Si vero leue sibi præparabis corpus, sobrioque & vigilante cogitatione suscepis ex delectis veteribus medicinam, multa poteris expurgare.

Quemadmodum pudicam quandam, ornatamq; & linatamq; & betam ducturi, maritalem vndeque thorum exornantes, liberam dū- mūm q; purgantes crimine à quacunq; pellicce se abstinent, hāc q; sic in cubiculum introducit: Fati vos volo modo purgantes vestram cognitionē, delicatiq; cibis, atque omni ingluici valefacientes, sic matrem bonorum omnium, pudicitia, atque totius virtutis magistrum, ieiuniū dico, apertis finibus suscipite, quo & vos maiori reficiamini voluptate, atque id proptiam atque præcipuum vobis cōferat medicina.

### S E R M O N E I I .

Si medici quibusdam medicinas daturi, sanie conglobatos, & corruptos humores expurgari mandat, hisque corporalibus cibis abstineri: quo minus impedimento sint virtuti medicinae, sed operati, propriumq; possit opus ostendere: Ig- ge magis vobis conuenit hanc bibituris spirituali cum medicina, eam suscipere, quae ex medicina est vilitate, vestramq; dicta facilitate cognitione purgare, atque mentē sic exonerata reddere leuiorem, quo ne cōcidens ebrietate, inertem atq; inutilē ex illa proueniātem vobis vilitatem cōstituat.

Sicut crapula malis infinitis est causa, quædamq; hori-

num generi corruptela: Sic ieiuniū vētrisq; despctus semper ineffabilibus nobis bonis causa fuit.

Veluti leuiores naues ocyus trahi aut onera, operatores vero graviatate pressæ, profudo magis inherēt: Sic ieiuniū genoratio leuiorē reddit cogitatū, præparatq; cum facultate præsentis vita pelagus superare, atque in celū ad ea quæ in celo sunt festinare, putarēque præfentia in nullo confitere, sed quam vībrā, quam somnum, non segnissus diffugere.

Ebrietas vero & crapula cogitatum aggrauans, carnemque deprimens, captiuam reddit animam, vndique vallans eam, neque perimtens cogitationis tribunal firmis sedibus confistere, sed mutare in præcepstque ferri præparat, cetera que proprium contra salutem operari.

### S E R M O N E I I I .

Scintilla si in mare ceciderit, nū poterit stare aut apparere. Scintilla. Quantu scintilla ad mare se habet, tantu hominis malitia ad Marc. Deiclementiam pietatemque. Imo vero non tantum modo sed longe supra. Nam & pelagus tametsi magnum sit, mensuram recipit: Dei vero clementia & pietas non habet.

Medelam si apposuerit medicus, neque priori te depurauerit, tunc eam rursus die altera non apponere. Est quispiā quernī vel roboris cæsor, is querum si velit cedere, securim accipiat, incidat radicem, si plagas vna percusserit, neque ceciderit infuctuosa arbor, nonne secundam dederit? nō quartam? non quintam? non decimam? Sic & fac tu. Quercus est forniciatione glandes ferens, irrationalium animalium escam, multo tempore tua in mente radicata in arborum circuitu iam deiecit conscientiam, meus ferro securis est: audisti vno die, quomodo vno die cadat, quæ tanto tempore radices immisisti? Si enim bis, si ter, si centies, si decies milles, non iam mirum, modo incide rem malam & fortē, consuetudinem madam.

Quemadmodum in corpore vulnera & medicina: Sic in anima peccatum & penitentia. In vulnera sanies, in medicina purgatio sanie. In peccato sanies, in peccato impro- Sanies. perium, in peccato deriso. In penitentia fiducia, in peni- tentia libertas, in penitentia purgatio peccatorum.

Sic delet peccata Deus, vt necq; corū vestigium maneat,

Crapula.

Scintilla.

Marc.

Cæsor.

Quercus.

In corporibus quidem non est ita, sed quanquam milies conetur medicus, tametsi vulneribus medicinas addat, vulnera quidem euanciscit: sepcq; i facie vulneratus quis, & vulnera quidem curavit: cicatrix vero remanece vulneris argumentum, faciei deformitatem habens.

**Cicatrix.** Cicatrix. Cum moribundus ager fuerit, tametsi mundus defeat omnis, nequaquam eum excitabit, ita non resurrectionis, sed lachrymaru ille sit fletus: in anima vero non sic: Si enim mortuam fleueris, saper numero mortuam excitabis.

## S E R M O N E . I V .

**Equus iaudandus.** Eum equum laudare maxime conuenit, qui illa sine habenatur vi pro nutu compescitur. Si vero freno cogente cum commode subegeris, nequaquam mirum. Neque enim peccidis generositat, sed freni necessitat ipsa modi obseruatio reputabitur. Identidem & in anima licet intueri, quod imminentे timore si tranquille perseverat, nequaquam mirum. Cum vero tetatio ipsa queuerit, atque timoris quis amouerit frenum, tunc vim mihi animae philosophantis ostende, modestiamque omnem.

**Cogitationes.** Quemadmodum sub adulteris corp<sup>o</sup> corruptitur: Sic anima sub Sathanæ cogitationibus inquinatur exemplis peruersis à cogitationibus corruptis.

**Homines exorans.** Si quando homines exorare oportet, & ianitoribus prius occurtere conuenit, parasiticus, histrionibusq; suadere, & longam saper numero viam abire: In Deo nihil est tale. Sine mediator exorabilis est, sine pecunia, sine impenso precibus annuit. Et ijdem homines deprecantes, saper numero formidamus, ne quis inimicorum percepit, aut rem ex aduersariis quisquam intellexerit. Alioqui prodit dicenda. In D.E.O autem nihil est tale suspicari. Cū em me volueris precari, solus accede, astante nemine, corde vi delice et clama, neque labiatua mouens: hostium tuum clade, & honora patrem in occulto.

## S E R M O N E . V .

**Aedificare.** Nos multo in tempore aedificamus domū, & ipsis struatur quidem multum temporis, parum vero destructionis. Econverso autem sit in D.E.O. Cum struit, velociter struit: cōstruit, tarde destruit: Nam duo haec sibi conueniunt, illud

quidem potentiae, bonitatis istud.

Sic cui in paupertate manenti feneratus fuerit, atque exinde ad diutinarum splendorem venerit, qui accepit potenter factustibi debitum reddere, latebit multis, ac reddet, ne pudore confundatur de priori statu. Et gratias quidem agit, beneficium vero calat, priorem erubelcens paupertatem: Deus autem non ita, sed occulce mutuum accipiens, palam debitum reddit: tunc vero cum accipit, clam per eleemosynam accipit. Cum vero reddit, in oculis vniuerse creature reddit.

## S E R M O N E . VI .

Non videt medicos, si de salute ægrotantis diffidant, non Desperati jā curare dicunt enim, quod maluerit infirmitati dari, quod ægrotates, non vltetiorum suscipit morbus curam: artis enim industria: morbi malitia vincit. Hæc dicunt qui de ægroti salute desperant. Si vero sanitas expectatur, omnia faciunt, ægroti salubres afferunt medicinas. Pari modo si quis peccatis desperando cesserit, quasi non superstis penitenti salus, sese maius in malum stimulat.

## S E R M O N E . VII .

**Nautæ.** Nautæ cum procella digressi fuerint, & multum deinceps pelagus currētes, in portum decesserint quietum, dimittentes vela, deponentes remos, egredientes nauem, quie te se se somno corpus recreantes, robustiores conatus reliquam ad navigationem præparant. Hos imitemur & ipsi, atque omni procella, tumultuque & fluctibus liberati, qualiter tranquillam ad querendum portum scripturatum ad legiōnem impellamus animas.

**Agricolæ.** si frumenta domi conclusa tenet, vermium in ea amitteret: si vero disperserint in terras, non modo custodiunt, sed etiam augent: Sic opes stantes quidem in arca ac subsera & vecke defossæ, cito transfigiunt: Si vero in elemosynæ distributæ fuerint, non solum manent custoditæ, sed & maiores inde resurgunt.

**Calciamenta.** Si calciamenta quis supra mensurā pedibus adegerit: ita calciamenti certe prolixiori impedimenta sentierit. Et vestimentum tandem, induens corporis statuam excedens, parimodo implicatur, atque superfluum ibi q; in eo quod satis est adopportunitum.

Frumenta  
conclusa,

## CHRYSOSTOMI

nitate, imitile est. In pecunia multo fortius id evenit. Et qui supra quod satis est habet, non modo in ipsa sufficientia, sed & in necessariis quibusq; impediuntur.

Nebulōcē

Quemadmodum nebulae ad regalem vocati mensa, atque idoneum non expectantes tempus, quasi parui pueri suam offendunt lētitiam, commissione praeuenientēs, cibis ad crepulans repleti grossioribus. Sic & hic quidem infirmiores mercedem querunt, & eorum quæ illic sunt minorantur bona. Atqui fœnerans ipse multo post priorem desiderat habere fortē, fortasse neque recipere desiderat, quo per moram in maius crevit fœnus.

Nemo in casura vībe adūscitat. Dic inquam, si quis tibi prænunciauerit, post annūti ipsum casuram vībem, num fortasse in casura vībe adūscis? Id itaque nunc dico, nequaquam in hoc edificemus mundū. Cadet enim paulo post, & cuncta peribunt.

Hic non domus modo, sed & mancipia, atque vniuersita sepe hereditas ad inimicos deuolutur. Eiusmodi enim humana sunt bona. In celis vero nihil timendum est tale, neq; vt morientis superueniat hostis, hereditatiq; succedat.

SERMO. VIII.

Quemadmodum in lignis & plātis, si quādo excusum videamus, reliquæ de cætero repudiamus partē: Sic & in hoc cū corporerit, incassum est inde reliqua corporis sanitas. Aurum perire, fractus, deiectus est, vani in posterū equi currunt.

Laboriosa lex & multum oneris habet, sic igitur & magna habet coronam. Eiusmodi namque laboriosa magna habet retributions. Tu vero nequaquam laborem attende, sed retributionem considera. Sic & in vitæ rebus fit. Si enim laborem perspexeris, graue atque onerosum: si vero retributionem cogitaris, leue ac facile, quod subest: Sic & gubernator si fluctus viderit solum, nūquām portu scapha digreditur, sed ipsam præ fluctibus utilitatem cōmodumq; metietur, atq; ita demum innabili se credit pelago. Sic & miles, si vulnera cædesq; viderit, non iam inducit thoracem: si vero triumphos præ vulneribus, victoriasq; in pratum quasi concurrit ad pīlānum.

Quemadmodum ignis natura aug in natura, quanto co-

Lex,

Ignis.

## SIMILIA.

304

hærebis, tanto magis virus consumit: Sic & verborum timor quanto menti imprimitur, tanto magis peccatum impudicitate nostræ purgatur.

Quemadmodum natura mel dulcedine habet, cādēmīq; incunditūmā, ægritatem amarū quid atq; illorum est, nō propria illorum, sed ægritudinis natura. Sic & lex tametsi videatur onerosa, non sua natura, sed nostra sit pigritia.

Met.  
Lex.

SERMO. IX.

Si forte rex quempiam de populo compellauerit, atq; ad seruos dixerit: Reddite gratias huic meo nomine plures, q; me inopia laborant ē nutritum qui mihi bñficia in tēpore permulta contulit. Num certatim quisq; pecunias eius omnes appéderit cui rex gratias egit? Si ergo in hominem regem tantum honoris res ipsa tribuit: cogita CHRISTVM in illa die ad angelos conuersum, & dicentē: Hic me in terra suscepit hospitio, hic mihi innuita contulit beneficia. Hic me peregrinum existentem confonit inducens. Cogita de cetero fiduciam, inter angelorum populos gaudium.

SERMO. X.

Quemadmodum mulieres, quotquot dolorum partus experimenta sumpserit, cum matres sunt horum, quos parturint, quoconque fuerint vinculo, continuo illigantur pluriētes. Sic & Paulus, atque adeo multo fortius: semper enim discipulis adhærens atque affixus erat, cōque fortius, quo natura spiritualia vincula sunt fortiora.

Veluti domo ardente, & qui nondum malo lœduntur, his qui in malo sunt, molestia non minori premuntur, atque dominis auctiūs ad proprias inuale dens.

Quemadmodum mari se tollente, & fluctibus vndique ad summum levatibus, sub procella scapha inundatur: Sic & anima vndique circūdata, velocius dimergitur, ni quempiam dantem habuerit manus: & que salutis in peccatis inextincta est, exitialis immoderata fit.

FINIS.



Materes  
pluriētes.

Mare.  
Messor.

George Washington  
and George

George